

~~3455.~~

Rozprawy

~~Księga~~

~~3163.~~

Kon. 18
do panowania Jana Karola Chocimskiego
króla polskiego
odnoszące się

ot Party now. za 5 dñ.

Książka dezynfekowana

Po przeglądnięciu
umyć ręce

~~Hist. 3163.~~

LJ.

S.

- Carolus 17
Gustavus
- r) S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)
 - s) Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)
- Pauli 19
Jacob Henric
- t) Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidentium Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)
 - u) Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)
 - v) Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)
- Fischman 21
Johann
- y) S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandenburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)
 - z) Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)
- Fischman 23
Johann
- aa) Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)
 - bb) Peyrer Isa, Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)
 - cc) Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)
 - dd) Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)
 - ee) Gabriüs Lue. de Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)
 - ff) Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mensa 1660 extinti. b. m. i r. (k. n. 14)
 - gg) Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)
 - hh) Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)
 - ii) Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorein. b. m. 1658. (str. 22)
 - kk) Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)
 - ll) Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

- titulo Juris facialis armatae Daniae, alterum sub nomine
 Manifesti exxit. Francofurti 1658. (str. 39)
 35 mm) Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum
 b. m. 1658. (str. 16)
- 36 nn) Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et
 calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quoniam
 Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Ig.
 Leopoldum alegatus Reg. Suec. coram electoribus et
 atibus imperii emissio in publ. libello accusatorio ruptae
 eis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)
 oo) Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam obita
 Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)
- pp) Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto paix
 et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4
 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio elec-
 rali. Francofurti 1658. (str. 7)
- rr) Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)
 ss) Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)
- tt) Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium
 princeps et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 167.
 (str. 28)
- uu) Classicum belli christiani ad christiani principes omnes
 adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 161.
 (str. 37)
- vv) Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum
 Galliarum discussio. b. m. i r. (str. 22)
- yy) Responsum ad nuperam illam admonitionem Galli
 juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. e-
 gis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis bili
 contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str.
 32) sk. — 5.
- Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania
 Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klapami.
1773. Pękalski Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epic.
 Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, s.
 23) br. —
1774. Peterek Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcej, prz
 J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl.
 br. —
1775. Petricius Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum
 anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77)
 b) Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —
1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162
 4to (k. n. 50) br. — 3.
1777. Piasecki Fel. Wrózka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3
 br. —
1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracoviae
 1635. 4to. (k. n. 8) br. — 5.

1754. *Paradoxa koronne publica i privatum potrzebne szlachcicowi polskiemu*, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25
1755. *Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia munerebus functis.* Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40
1756. *Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus.* Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50
1757. *Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II.* Mietan 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —
1758. — *Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II.* La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —
1759. *Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias redditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus.* Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50
1760. *Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka.* Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25
1761. *Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc.* Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —
1762. — *Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova.* Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. — Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.
1763. — *dtto. Gedani et Francoforti* 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —
1764. *Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce* 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25
1765. *Paterkula K. Welleja Historia.* Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50
1766. *Pauli Żeg. Pamietniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich.* Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —
1767. — *Pamiętniki o wyprawie chocimskiej, z rękopismów i druków mniej znanych.* Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac pten-tiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos conecta Olivae 1660. 4to (str. 22)
2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)
3. c) Wolphius Joh. Pannonia perorata panegyrike. b. m. 1652. (k. n. l. 10)
4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)
5. e) Copia literarum cuiusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Cassell. Culm., in quibus amore patriae suaे ductus explicat, aid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cusini 1657. (str. 11)
6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)
7. g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)
- Frischmann* 8
Johann h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 1668. (str. 19)
9. i) Circa pacem religiosam facta veraque propositio in Ept. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)
10. k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Bnsan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Ol. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 1653. (str. 4)
11. l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elet. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)
12. m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Polonie et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)
- Frischmann* 3
Johanna n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. m. 1657. (str. 45)
14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, pri-mum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)
15. p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussio-nis. b. m. 1658. (str. 16)
16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Reger-Franciae. b. m. i. r. (k. n. l. 8)

niss. ac poen-
gatos conicta

(str. 84)
gyrice. b. m.

i Hungarie.

is Poloni In.
nsky Castell.
xplicat, qid
cis, Custodi

acto pacis et
licum. b. n.

o. m. 1653.

io in Epis.

Dioec. P-
tia, in Or.
niae 165.

is. D. Elec.

M. Polonia
, Principe

electori. b

a bina, pri
d collegium

discussio-

et Regem

P

S

P

PA

AU

SE

PR
LE

O

28

IN IVSTITIA
ARMORUM SUECICORUM
IN POLONOS.

RESPONSIONE APOLOGETICA.

Ad Epistolam

CYRIACI THRASYMACHI

ad

ANDREAM NICANOREM

DATA M.

Nec non ad

REVEM ET PRÆLIMINAREM ENVME-
RATIONEM CAVSARVM.

Ob quas

MAROLUS GUSTAVUS REX SUECORUM

coactus est REGEM POLONIAE Bello adoriri.

a

L V C A D E G A B R I I S

manifestata,



ANNO DOMINI

M. D C. LVI.

Audite ô Gentes, non rumpite fædera Pacis
Nec Regnis postferte fidem.

Silvius Italicus, lib. 2. Bel. Pa.


23029

DOM
PC
DON

Ina
ron
lis
tan
na

Baltici repreff
illatus & man

litteram Literat
via me secundan
Paris Veftra def
armorum calam
omine Caroli G
uifem, minime ia
probandum exift
quaque ingenio no
uaque centum, C
ure posse videant
exquantur sed
Vtore & Orbi i
universi imerit.



SERENISSIMO
AC
POTENTISSIMO PRINCIPI
DOMINO
DOM. IOANNI CASIMIRO,
POLONIAE ET SVECIÆ REGI,
DOMINO DOMINO CLEMENTISSIMO.

BInam explicavit aciem contra Majestatem Vestram Svecorum Furor. Alteram Armorum, Literarum alteram. Viramq; Injustitia vexillis adornatam, à Perfidia vero, & Impostura instructam & ordinatam. Primam, Duce Divinâ Injustiâ, dextera Majestatis Vestra magna ex parte profligavit, & à Carpathiis montibus ad litora usq; Maris Baltici repressit: eandemq; partim aer infestus diminuit, partim vis procellarum ad littus & manus allist, stupente, & applaudente Orbe:

O nimium dilecte DEO cui militat æther
Et conjurati veniunt in prælia venti!

Alteram Literatorum nonnulli fortiter oppugnarunt & expugnarunt, quorum vires a me secundari non erat necesse. Cum tamen jam ante aucto atrocis injuria Majestatis Vestre defendenda ardore inflammatus, Martioq; campo destitutus, in vicem armorum calatum corripuisse, & cum Cyriaco Trasymacho Causas hujus Belli nomine Caroli Gustavi evulgatas posterius declarante in Monomachium accinxisse, minime id certamen deferendum, aut a Regis Majestatis Vestra oculis abstrahendum existimavi. Nec demum superfluum ratus sum, aliorum opera meam quoque ingenio non fide imparem adicere, cum mihi quidem silingua centum sint, oraque centum, & totidem calami Vindicanda Majestatis Vestra inuria, vix sufficere posse videantur. Non quod id non dignus & efficacius Arma Majestatis Vestre exequantur: sed quod simul hostem Literarum Castris, larvisque quibus Majestati Vestra & Orbi illudit exui, & ejus Furorem ratione vinci, ac pluribus vinculis vinciri interfit. Prodeo igitur in arenam pro causa Majestatis Vestra non contra

Trasymachum modo, sed & contra totum Svecicum Furorem. Fave Serenissimis o-
culis Rex Potentissime, & ubi Triumpho, & Gloria Tua vicero Pugilis Tui, amissis
omnibus, vitam etiam cum sanguine pro Te pridem fundere parati memor esto

Majestatis Vestræ

fidelis,

& humillimus famulus

L. D. G.

Serenissimi
Tua, amissi
moresta

LUCAS DE GABRIIS,
CYRIACO THRASYMACHO.

S.

Incidit novissime in manus meas Epistola Tua Trasymache *De iustitia armorum Svecicorum in Polonos*, perque eā liberata à magno periculo Germania, ad Andream Nicanorem data, jam per multas legentium manus pānē detrita. Ex qua Brevem quoque ac preliminarem Enumerationem casarum, ob quas Carolus Gustavus Rex Svecorum coactus est Regem Poloniae bello adoriri, à Tenon ē promiscua plebe, sed magni momenti Viro regis illius nomine, ante, editam cognovi. Hanc enim, quod tardiori, ut ais, Lectori, brevitate obscurior esset, declarandam suscepisti, & Epistolæ Tuæ fundamentum esse voluisti. Quapropter eam quoque non invitus Tuam esse feres, meque tanquam à Te, utcunq; regis nomine, & animo scripta, uti patieris.

In utrisque lectis probavi profundum, & verè regio Ministro dignum judicium tuum hac in parte, quod: Arma sine iustitia nihil esse nisi latrocinia, cum sapientissimis quibusque tenere, & sentire videaris; ideoque *Institutum Armis Svecicis* sic omnino induis, & aptas, ut juxta Romanas quoque Leges, Regem, Exercitumque Svecorum in Polonia, Armis quidem decoratum, *Justitia autem armatum esse*, monstrare possis.

Sed fateri tamen necesse est me in hac *Injustitia* Tua, nihil magis desiderare, quam *Justitiam*, eam nimurum Cujus; ut ait Cicero fundamentum est fides, & quæ juber dicere, & facere ea, quæ recta sunt, prohibetque contraria. Huic enim tantum lumen, tantamque vim inesse veteres dixerunt, ut si Dii cessarent præter eam nihil esset aliud, cui Deitatis nomen jure tribueretur.

Porro ex adverso *Injustitia* est, quæ sine fide, audet dicere, & facere ea quæ prava sunt, suppressitq; contraria, & cui tanta obscuritas, tantaq; malignitas est, ut si infernales illi mendacii Spiritus cessarent, nil præter eam esset aliud, quod Stigæ imposturæ, & perversitatis nomen, jure obtineret.

Hujus quippe tam atrae, tamq; fuliginosæ Naturæ colorem dare candum, vultumq; appingere *Justitiae*, quantum oleum & operam perdere est ipse experiris, dum iterum Æthiopem lavans, *Obscurioribus illis*, ut ais, quæ de canis novi hujus belli, edita sunt chartis, nitorem facere incassum laboras.

A 3

Neque

L. D. C.

Neque enim later orbem qua Injustitia Arma Svecica primum in ipso-
rum proprium eundemque Regem Polonæ sumpta: qua injuria in Provincias
Reipublicæ Polonæ verba, & promota: quain extrema fidei jaætura in Poloni-
am novissimè sunt accelerata: quorum omnium notitiam quapiam ingenii in-
dustria, aut sagacitate ex conscientia generis humani aboleri posse frustra ar-
bitrari.

Et rectè quidem prius Brevia illa ac prelminari Enumeratione causarum,
Arma hac Regis Svecorum nomine non tantum coram Orbe Christiano excus-
anda, susceperas, Verum etiam, eorum rationes, omnibus qui illas introspicient, et
iam Subditis Reipublicæ Polonæ harum Machinationum ignarus, ipsum, Regem
probare posse, obtuleras; ac præterea, multa alia contra Pacta, fidemq; publicam.
Subdiosque dicti Regis facilitata, uti à proposito tunc compendio aliena, uberiori
causarum declarationi ex ipsis actis deducenda, relinqueras: sed mox hunc Judi-
cet, Orbem nempe Christianum, veluti suspectum, omnesq; altos prius placi-
tos refugiens Arbitros ad unicum Nicanorem duntaxat, cum omnibus illis re-
giis rationibus ab ipso statim præliminio appellasti, eiq; tam universalis pro-
positionis Judicium, soli detulisti.

Quis autem ille Nicanor? Dubio procul Dux olim Macedonum, qui te-
ste Plutarcho, simili Armorū Justitiæ fretus, Athenas invaserat, populiq; Prin-
cipem è fastigio Magistratus sui præcipitem egerat; quo i in irum favorabilio-
rem vix absimilis causa Judicem, ne inter mortuos quidem reperire potuisti.

Cum vero non Nicanori solum, aut mortuis, sed omnibus vivis nempe
Orbi universo, intersit, Justitiam, eam que vera & sancta est, & cuius anima est
fides, præcipuum humani generis vinculum, servari, omniumq; circa Regno-
rum, & gentium res agitur, paries dum proximus ardet: nemini profecto cu-
juscunq; Gentis sit, & Nationis, tantum arbitrium, Regia libertate: Omnibus,
qui hac introspicent, delatum, postponendum est: quin super causas illas brevi-
ter tunc propositas, uberiori autem Epistola Tuæ declaratas, concessio uteretur
suffragio.

Quamobrem nec à me alienum esse existimavi harum publicam proposi-
tionem pænitius introspicere, & quid tam de singulis iis quam de univeria Ju-
stitia Tua sentiam expromere.

Qua in re verba à me anxia, aut speciosa minime expecta, quinimo purè
nuda, & simplicia, plus nimiriū fidei quam artis habitura: quorum sponte-
faciliq; obsequio latenter in proscenio Justitia Tuæ, Injustitiam, in apertum
producam, ut eam invero ipsius vultu clare conspicias.

Quod

Quod di-
plationem Fac-
tum, & liberan-
tiae videris illu-

Nisi qua-
monuerit; tu a
& Judicium &
modi Justitie
neceles habeas

Nam si
um unicuique
unicuique tribu-
& apposite hu-

Ad quo
Tuæ, singula-
mis, uti quoq;
Charæ, Eas en-
hibere omnia,;

Quas q
Causarum ob-
Carolus Gusta
decorasti; fed
nissimi modo,
contra quam
monstrat, &c.
num &c. in Ti
verò ipsum ta-
tulum, & affe-
mus, ejusdem
quid jam de st

Quanqu

7

Quod dum aggredior, invitat me in primis, imò etiam rapit in contemplationem Facies Epistolæ Tuæ, Titulo : *Injustitia Armorum Svecicorum in Polonos, & liberanda à magno periculo Germanie insignis in qua mihi plane exprefſſe videris illud Poëticum:*

*Imminet armorum rabies, ferriq; potas
Confundet jus omnem manus, sceleriq; nefando.
Nomen erit Virtus :*

Nisi quod Poëta ille de armis adhuc imminentibus hoc modo primum monuerit; tu contra, præmonitione omissa, armis Causarum præpositionem, & Judicium & promulgationem decreti belli prævertisti. Ideoq; frons hujusmodi Justitiae, adeò me suspenſum, & attonitum detinet, ut querere ex Te ipso necesse habeam, quid est Justitia?

Nam si cuin legibus dices: quod sit, constans & perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi, vel certe: Honestè vivere, neminem lādere, jus suum unicuiq; tribuere: Videamus num causæ & effectus Injustitiae Tuæ convenienter & appositè hujusmodi definitioni respondeant.

Ad quod dignoscendum, accipiendæ nobis sunt per ordinem Epistolæ Tuæ, singula, & præcipuæ illius partes, formaliaq; & genuina verba, ac in primis, uti quoq; primò positæ, Breves illæ, quæ de causis novi hujus belli, editæ sunt Chartæ. Eas enim, Abunde, nisi quod tardiori Lectori brevitate sint obscuriores, exhibere omnia, affirmas.

Quas quidem non minus conspicuo involucro Enumerationis nempe Causarum ob quas Serenissimus ac Potentissimus Princeps ac Dominus, Dominus Carolus Gustavus Rex Svecorum &c. &c. coactus est Regem Poloniæ bello adoriri, decorasti; sed simul Injustitiæ labe inquinasti, dum alterum Regem, non Serenissimi modo, sed & Potentissimi Titulo donasti, alterum omni prorsus spoliasti contra quam regula Justitiae: neminem lādere, jus suum unicuiq; tribuere demonstrat, & contra, quam ipse mox infra scripturus eras: *ob omissum nempe unum &c. in Titulo S. R. M. Svecie, paritati inter utrosq; Reges derogatum esse.* Te verò ipsum tantæ Censorem Injustitiæ, omisisse integrum Regis Poloniæ Titulum, & assertæ paritati tanto magis, quanto, Poloniæ & Sveciæ Rex legitimus, ejusdem Sveciæ temporaneo Rege, altior est, derogasse non pudet? Vide quid jam de statera totius Injustitiae Tuæ sentiendum, & an non dicendū sit illud;

Heu quam difficile est crimen non prodere vuln!

Quanquam & variatio Reatus in titulis, quorum alter in prioribus Char-

Charis Regem Poloniae solum, alter in posteriori Epistola tua Polonus accusat, non vacat nota inconstantiae, quæ à vera & solida iustitia, aliena est, Varians enim in Jure non auditur.

Sed evolve quos ex illis, obscurioribus Chartis. Caput Justitiae Tuæ, à cuius constitutione, status totius corporis cognosci possit. A capite enim bona valetudo, vel si hoc infirmum cætera membra labare necesse est.

Id porrò quam virtuoso humore scateat, quantoque cerebri sumo repletum sit, indicat principiū, ipsius conceptus, Thēma etimorum totius operis Capitale, ideoque ibi majori præ omnibus Literæ signatum, primoq; possum his verbis: *Vetus verbum est: FUROR fit lassa sapins patientia.* Quod cùm Apocryphū sit; & obscurum, quaro ex te cur non potius hujus loco posuisti certum, verumque verbum Seneca, quod sic habet: *Vetus dictum est: à lasso rixam queri,* & quæ autem ab esuriente & sitiente, & omni homine quem aliqua res urit. Sic enim verè, & breviter expressissimes: Svecos longo Induciarum cum Polonis curriculo lassos, auri sacrae famam, sitimq; maris Balthici universi, cum Prussia, imo Polonia, & protectione Germaniæ, ab occasione distractæ bellis Poloniæ accensam, & usque ad fortunam Alexandri Magni, & mensuram Goticarum olim prædarum ut infra patetbit profectam, diutius jam ferre non posuisse, rixamque omnino querere debuisse. Fames enim & mora bilem in insum conciunt. Quæ sanè patientia longitudine Induciarum lassa, & commoditate invadendæ Polonia irritata ad probandam hujus belli causam suffecisset. Sed dictum illud incerti authoris pro certo themate tam gravis negotii, & quidem Regis nomine assumptum, insuper confudisti, dum postposita patientia, ne quis dubitaret primariam esse causam hujus belli. *Furorem* vetus illud verbum novo ordine posuisti. *Furor fit lassa sapins patientia.* Horrendum profecto, & contrarium sanæ rationi principium. Huic enim, ut ait Sapiens, non frendens, nec caput quasians, sed placidus, & in statu debet esse vultus, cum magna pronunciat. Hinc ergo adeò turbidus, & confusus humor pro fundamento erit omnium hujus belli causarum, qui pyloclastro, vulgo pettardo similis, evertet potius, quam firmabit Justitiam! quantum enim à recta ratione, tantum à constanti & perpetua, ius suum unicuique tribuendi, voluntate absit. Audi Sene-
cam, quid de Ira diuitaxat, que furor quidem, sed brevis tamen est, sentiat, & dicat: Ira, inquit, quam quidam è sapientibus viris, breve in Insariam dixerunt impotens fui est, decoris oblita, necessitudinum immemor, in quod cepit per-
tinax, & intenta rationi consiliisq; præclusa, vanis agitata causis, ad dispectum & qui, veriq; inhabilis, ruinis simillima, quæ super id, quod oppræfere franguntur.

9
tur. Quid verò idem de *Furore*? Furentium, inquit certa indicia sunt; audax &
minax vultus, tristis frons, torva facies, citatus gradus, inquietæ manus, color
versus, & ultra; Flagrant & inicant oculi, multus ore toto rubor exæstuante
ab imis precordiis sanguine, gemitus, mugitusque & parum explanactis voci-
bus sermo præruptus, & complosæ sèpius manus, & pulsata humus pedibus,
& totum concitum corpus, magnasque minas agens, fœdavisu, & horrenda fa-
cies, depravantium se, atque intumescientium. Quæ omnia in Svecis, eorumq;
hujus belli causis planè verissima. Abunde hoc unico verbo *Furoris*, vel tardio-
ritiam Lectori ostendisti & expressisti.

Ergo perge proferre ea, quæ turbidus hic, & visu fœdus depravantium se-
se, atque intumescientium *Furor* parturit, namque

Fert animus, causas tantarum expendere rerum,
Immensumq; aperitur opus, quid in arma furentem
Impulerit populum, quid pacem excusserit orbis?

Igitur ab hujusmodi capitî dispositione, adducis in primis *Botium*, & *Krockoz-
vium cum militaribus Copiis*, illum in *Livoniam*, hunc in *Pomeraniam* per Pro-
vincias Regni transire permisso. Sed cuius illi erant Ministri? id porro in *Brevi-
bus Chartis obscurum*, minime & in Epistola tua declaras; ne scilicet Du-
catores Cæsareos ad regimen & potestatem Regis Poloniæ impertinenter tra-
here, vel potius Imperatorem ipsum de his accusare videaris. Et principio qui-
dem suspicaris duntaxat, quod *hand credi possit*, *Botium*, *instio* & *invito Vladis-
laotor Regni provincias pervadere potuisse* mox affirmas, quod: *potius, certis docu-
mentis constat, instigasse Vladislauum, eundem Botium ut expeditionem illam susci-
peret*. Hic nè igitur, an illi argumento credendum est, nam hæc *documenta cui-
vis obscura*, cum in Epistola tua, ea propter scripta minime declaraveris id po-
tius, certo constat documento, quod illa, nec certa sint, nec sint, nec Tibi aut
cuivis mortalium de illis constet.

Quocirca resiliis ad Lithuanos quod hi scilicet: *Facti authores merito cen-
setur, quod ubi voluissent, impedire potuissent*. Ergo tibi novæ Authori *Institutio*, hic
Author est facti, qui impedire non vult, ubi potest? Si saltim complicem dixis-
ses, utique aliquid opinionis huic Doctrinæ fecisses. Cæterum si Authores hu-
iusmodi vel potuissent quidem illud malum opinione celerius, quam tunc quan-
tum, non à Svecis modò, sed ab agris etiam propriis impedire & avertere, nec
tamen voluissent; quid inde delicti in *Paæta* & *Svecos*? nonne hæc superba adeo-
que insana opinio est, tam prædominantem Svecorum imaginari Authorita-

rem, ut cæteri Reges & populi Provinciarum Svecicarum excubitores, & brevi, custodes corporis esse teneantur? nam de reliquo somnio *Suppeditorum Krockovio ex Arce Pucensitorum* quid attinet dicere? cum illa ipsa queritis documentis constare jactasti, neque probaveri, neque infra, aut unquam probare potueris.

Siporro Poloni illud sic fecissent, prout hoc bello *Germania* ut vocas *Tria* Elector, Marchiones, Duces, Landgravi, Comites, & Nobiles fecerunt, qui Svecis in Amicam Fœderatamq; & nuper Pacis Germanicæ promotricē Poloniā contra Regem pacts ejusdem pacis comprehensum, non modò transitum per Ditiones suas indulserunt, verū etiam ipsi in personis suis adhæserunt, & tam pia Castra secuti, ingentes prædas ē Poloniae receperunt, eamque tot, & tantis aliis damnis affecerunt; tunc profecto merito violatorum homodo pactorum culpari à te potuissent. Cū verò de irruptionibus illis Bot & Krockovii universaliter inter Imperatorem & Svecos, inclusō pacts iisdem, ut supra, Rege Poloniæ, Osnabrugis plenè transactum sit, nonnè tu de his taliter sōpit, *Furiorum* gemitum, mugitumque, vel ipse agnosca?

Sequitur *Oefelia Insula* quam à Vladislao tentatam scribis addisque quo id ejusdem ad Ordines Oefelanos Litera ac Diploma Cubiculario Bergio traditum satis superque commonstrant. Sed adeò non superque; ut nec satis quidem, cū ea nemo, neque in his ipsis Brevibus Chartis, neque in uberiori Epistola Tu viderit, aut legerit. Quæ si protulisses, id potius, satis superque commonstrarent, Insulam illam ad Livoniam spectantem, Reipublicæ Poloniæ esse propriam, Rege, & eadem Republica inscia, per Regem Daniae Hypothecarium possessorem ad alium nullatenus alienari, aut transferri potuisse; de coque licet & necessario Ordines moneri, imo Regem & Rempublicam sine ullo Pactorum Svecicorum præjudicio proteftari debuisse. Satis præterea superque monstrarent, Svecos, hac quoque in parte, pæcta Induciarum fregisse, quæ durantibus iisdem, adversus Regnum Poloniæ, eique mediate, vel immedias subjectas Provincias, nec quicquam moliri tentarive permittebant, dum in tempore Regis & Regni Poloniæ, avulsionem, dictæ provinciæ moliri, tentareque & exequi non dubitarunt. Qua in re polonorum animos insuper exasperar quid nisi *Furoris* inquietæ manus persuaserunt?

Succedit *Tentata fides Subditorum Regni Svecia in Livonia*: ix qua habet Regnum Sveciæ aliquos subditos, præter milites, & bonorum occupatores non constat. Alioqui Subditorum Regni Poloniæ, illius Provinciæ incolarum sollicitare fidem quid opus? cum ea Regi Regnoque Poloniæ jurata anima

iporum satis superq; sollicitet. Unde porro hæc allegatio præsertim haud incertis illis ut scribis testimoniis in Epistola non probata Furorevanis agitato causis vacare non potest.

Cum Rege Danie Christiano IV. ut & Arnheimio, & Baudiso nolitiones, in brevi illa Enumeratione recensere longum esse dicis, & a proposito tunc compendio alienum. Recenses hec in uberiori Epistola an Furorem comparantem dispare personas, & in mortuos proiectum in eodem statu relinquis serâ, belli causam fuggerente, invidiâ, quod olin Rex Vladislau illius amicitia, horum obsequis inconsulto scilicet affectu Suecorum usus fuerit.

Atque hæc talia & tanta tempore Vladislai IV. in Svecos verbo criminali: parrata, scribis. Quem ergo Regem (quandoquidem in Titulo Brevi hujus Enumerationis innominatum posuisti,) Rex Suecia ob has causas bello adoriri coactus est. An mortuum Vladislau? ut is jam corregnat in cœlis, ut Armorum securus, ita prætensionum Suecarum purus, & immunis. An vivum IO ANNEM CASIMIRVM? at hic per leges Divinas & humanas, ad factum fratris non tenetur. An polonos? at non hos, sed Regem Polonia bello adoriri coulum esse scribis, quinimò Subditos, Republica Polone, harum machinationum ignoraros esse in fine testaris. Nam si hos statum Reipublicæ non constituentes intelligis, utpote Civitates minores, oppida, & villas, ac totam plebem, quid ad eos spectant ea, quæ sunt status? si illos qui ad statum Reipublicæ pertinent, ignoraros esse asseris, quid iis ignaris per Regem fieri, aut ad effectum perduci potuit? sic quæ non à Justitia, & veritate, sed à præcipiti Furore venient, se ipsa subvertunt.

Transis hinc ad tempora IO ANNIS CASIMIRI in quem

Furore cacus, idem, an rapit vis acrior
novum Suecorum Regem videamus.

Igitur illi primum crimen hujus nomine, obiicitur. Quod scilicet commendatione Christinæ Reginæ compos Regni factus nihil tamen mitior & ad pacem fuit propensior. Mirū est quem nondū imitem aliquando fuisse dixisti, huic jam nihil mitioris facti gradus unde competit? ac nonnè morosa hæc, & à Furore decoris, oblio profecta tibi videtur Officii & humanitatis præsertim alienæ exprobratio? Quod enim virtutis Reginæ fuit, id nō Carolo Gustavo, aut Suecis, sed illi ipsi Rex Polonia debet, ut pote quæ non solū commendationem illam sibi præstiterit, sed & jura sanguinis & pactorum integrè secū, & inconcussè coluerit. Sed plus tamen debet D eo, & meritis Majorū, & regiis virtutibus suis, quæ cū prius & poti⁹ ad solū hujus Regni co[n]cedarūt. Ad eternā cū illa pacē nihil fuis-

*se propensionem negant omnes Actus, & ipsi præcipue Lubecenses congressi de industria ut infra patebit à Svecis subversi. Quod si vel ad æternam cum illa pacem non fuisset propensior, fuerit vero propensior ad eandem cum Carolo Gustavo, ideo nè hic propensionem hujusmodi reiicere, ac potius in *Furorem* paci præclusum, necessitudinum immemorem, verti debuerat?*

*Exageras quod Rex Poloniae contra initia insignis illius amicitie fecit, quid in commercio Literarum cum Regina Latina Lingua nisi noluerit. Addisque ut hac viâ ipsum fundamentum Pactorum conelleret. Potesne hujusmodi fundamentum Pactorum cuivis obscurum, in Epistola tua deducere & commonstrare? Quippe literas illas Gallicè scriptas, aut suscepserat Regina, & non fuisset contra jura Pactorum & amicitiae scriptas judicaverat; aut non suscepserat, & satis non pœnæ modo, sed & injuriæ fraterno Regis animo suaviori methodo se se compellantis intulerat, de qua huic potius, non Svecis querendum erat, procul itaque à Fundamento Pactorum causa hujusmodi abest, nisi *Furor* ad dispectum æqui veriq; inhabili ubi tectum est, ibi fundamentum esse videretur, & è contra.*

*Repetis deinde: in sudasse Regem Poloniae defectioni Subditorum in Livonia, Riga & capienda consilia agitasse, idq; certo certius liquere. Sed unde certo certius Orbi Christiano cui haec scripsisti liquere potest quandoquidem nec in Brevi hac Enumeratione, nec in uberiori Epistola tua probaveris! Qua in re nonne hunc quoq; Sermonem esse *Furoris* parum explanatis vocibus præruptū quisque perspicit?*

Quò eodem pertinet illud quod subiectis Comptum habe S.R. M. Kozacorum Gentem a Rege Poloniae sepius invitatam fuisse ut in Livoniam irrumperet. In primis Kozakorum denominationem ignoras. Non enim iis sunt Gens aliqua distincta, sed militia Regis & Reip. Polonæ ex subditis tamen Regiis quam Nobilium, & Spiritualium ut plurimum Russiæ provincias incolentibus collecta. Quæ dum in fide est, non invitari à Regibus poloniæ, sed juberi, & iis obediare favevit: dum ab officio nuper excidit, adeò ad ea quæ sunt contra Pactorum fidem non invitatur, ut potius ad fidem Regi & Reipublicæ ac ejus exemplo omnibus circum Viciniis & foederatis servandam adigatur. Quo factum est, ut dum eos Rex, & Respublica à violandis cum Imperatore Turcarum patet suis coerceret, inde ortam defectionis eorum flamnam sustinere potius quam per eos fidem Pactorum etiam barbari violare maluerit. Sveci porro quod à concitatis iisdem & ceteris contra Poloniæ hostibus de se ipsis præbesci-

bèsciunt, id in alijs facile suspicantur ut ait Seneca. Pessimum in eo vitium esse, qui in id quo insatiate ceteros putat furere.

Hec tamen omnia non facta à Rege Poloniæ sed duntaxat cogitata assertis, quod scilicet Regi Polonie illa pessime cogitata adversus innoxios & Pactorum observantes Svecos exequi non potis fuerit. At Scrutator cogitationum solus Deus est, illenè igitur an malus Genius cogitata Regis Poloniæ Svecis revelavit? Nā et si hi Spiritibus Infernalibus pro familiaribus uti dicantur, ut & Claus Magnus Archiepiscopus Upsalensis Svecorum, Gothorumq; primus Historiæ Svecicæ scriptor testatur libro 3. capite 21. In illis Regionibus literali sensu Sedem esse Sathanæ, & indicibili ludificatione, variisq; formis habitatoribus illorum locorum applaudere: credi tamen nosti possunt cogitata hominum nosse, nisi ea ludificatoriæ Svecia revelariat, hiq; sic revelatis crediderint. Cujusmodi revelatione ad arma concitari, quis infernalis Furoris esse negaverit?

Jam verò postponens hæc ait: Et potuissent hæc fortasse diutius inulta tolerari. Verum ex quo Sveciam Rex, & Republica Polona ostentatione perpetua Pacis iuris Inducavit, & interim crebris Nuntiorum missationibus, interim binis Lubeca & congreßibus fucum Svecis fecit, non esse se à perpetua pace alienum necessitatem S.R.M. imposuit inferendi belli. Ergo hic est murus omnium causarum huius belli, nimirum ostentatio Pacis perpetuæ, eaque sola à Rege Poloniæ fractæ sunt inducias? Quæro ex te qui ostentavit pacem perpetuam, habuitne animum frangendi inducias, an potius non modò has conservare, sed iis insuper pacem perpetuam addere plus voluit, quam debuit? Ostentatione quidem armorum atque armia provocantur aliquando, ostentatione pacis ea provocari vix unquam auditum est. Ne barbari quidem oblata pace irritantur. Imò in feris ipsis olandæ tractatis scimus rabiem extingui, quam Svecorum Furor superavit.

Quo ergo fine Rex Poloniæ pacem Svecis ostentavit? Dicis primò Nullo alio fine quam ut tempus traheret. Cur verò non declarasti quodnam tempus hoc modo traheret. Non enim tempus Induciarum, nam hoc ipsum perse trahebatur ad Annū 1661. Non etiam tempus pacis perpetuæ, quod amplius restabat ad exitum Pactorum; & cuius lucratidi causa insuper Legatos in Sveciam Rex Poloniæ miserat, ut infra patebit? Igitur trahebat tempus Svecis invadendæ Poloniæ, & frangendarum Induciarum, quas scilicet illi citius frigissent, nisi hac ostentatione ciliati fuissent.

Deinde; Vi nocendi facultatem captaret. Unde nosti finem hunc Regem Poloniæ in animo habuisse qui præsertim cinctus aliis hostibus, his potius nocendi facultatem captare satis habuerit? cum interim Sveci nō magis quam il-

li nocendi, & ab rumpendorū pactorū facultatē captarēt, ut infra ipse docebis.

Item ut hostes in Regnum Suecia concitaret, concitatvitnē aliquos, an potius concitatos in se à Suecis continuo reprimere necessum habuit?

Denique ut occasiōnem Suecis adimeret finienda gravissima illius controversia, que hec Regna per multos annos affixit, hoc quām verum est, vide pugnam tui ipsius calami contra eandem occasionem dum dicas infra: ut plures quam bis Commissarii convenirent cōtra sensum pactorum esse. An igitur Rex Poloniæ Suecis, an hi Regi Poloniæ occasionem finienda illius gravissimæ controversiæ ademerint? te ipsum tuæ contradictionis appello Judicem.

Aquitu ostentationem illam pacis fucatam docere vis, sequentibus quasi obiter dicendis, quam parum animi Regi Regnoque Polonia ad pacem perpetuam fuerit. Dic mihi si non parum, sed nihil proflus animi Regi & Regno Poloniæ fuisset ad Pacem perpetuam, idèò nē Suecis, nihil itidem animi esset debuit ad servandas Inducias? Nonne studium pacis perpetuæ fuit Aetus voluntatis? Induciarum conservatio Aetus necessitatis, ut indicant ipsa Pactorum verba: Licet Tractatus pacis perpetuæ non successerint firmas tamen & inviolabiles manere debere Inducias usq; ad exitum Pactorum. Quod ipsum insuper Lubeccæ mediante Legato Gallico instrumentaliter per verba: Liberum erit utrique partiæ Conventu abscedere illæsis Induciis, reciprocè cautum & subscriptiōnibus partium firmatum fuit. Salva igitur est semper fides Polonorū ad Pacem perpetuam, quæ nimirum pax ipsis adesse & abesse potuit sine Induciarum corruptione, Suecorum, unde ruptis Induciis, semel abiit, nunquani amplius revertitur.

Tu nihil ominus fucum illius, quasi à Rege Poloniæ factum, fucando ais: Quippe primo congressu Commissarii Polonici plurimis vitiis refertas plenipotencias adduxerunt, ubi Titulum S.R.M. Suecia sibi arrogavit Polonia Rex. Plurima vita quandoquidem te specificare meritò puduit, non est quod tibi ad ea respondeam. Titulum verò S.R.M. Suecia, cur non sibi arrogaverit Polonia Rex? Nonne enim idem est legitimus, & Hæreditarius Rex Suecia? At subrūtum hoc modo fundementum Pactorum dicas, idem scilicet quod & de lingua Gallica Orbis obscurum, nec tamen perte declaratum. Nam si exemplum & ceterati Tituli pactis appositi, pro fundamento intelligis, ea & ceteratio soli instrumento Pactorū data est, non autem cautum, ut omnino trahi debeat ad alia. Ubi igitur lex non expressit, nec nos exprimere debemus. Alioqui si hoc esset Pactorū fundementū certè Regi Poloniæ à Titulo Regni Suecia ad omnes etiam Reges & Gentes quod non incusas duratibus Induciis abstinentum fuisset. Porro pleni-

poten-

potentia illa non ad Suecos solum, aut in Sueciam, (licet nec hoc pactis vetitum fuerit) sed & ad Legatos Principum Mediatorum in Germaniam missa fuit; ubinon de Induciarum interventionibus, sed de Regno Sueciae agendum erat. Quem ad Actum Titulum Regis Sueciae, alias perpetuo, ad omnes gentes, usitatum, tunc saltem sibi ipsi negare, & detrahere, quid aliud fuisset, quam in sponte Regni illius Hæreditario jure spoliare, nec jam congressu illo, & Mediatio ne principum indigere? Data est & cæteratio Pactis, quoad Inducias, salvo negotio principali, de quo bellum suspensum erat; non quo ad pacem perpetuam, quæ Lubecæ extra materiam Induciarum tractanda fuit. Et verò si illa Plenipotentia, vel cum & cæteratione sola, sine expresso Titulo adducta fuisset, putatasne minus rei substantiæ in tali &c. &c. &c. quam in expresso Titulo contineris? ut dum rex Sueciae, post Titulum ducis Finlandæ ponit triplex &c. &c. &c. Ideonè minus tibi censemur idem, Careliae, Bremia, Werdæ, Stetini, Pomeraniae, Rugiæ, Ingræ, Wismariae Princeps? pariratione si Rex Poloniae in illa Plenipotentia sola & cæteratione usus fuisset, ideonè tibi minus esset Suecorum, Gotorum, Vandalorumq; Hæritarius Rex? ut quid igitur de re indiferenti, & tam expresse quam non expresse, unam eandemq; vim redolenti nec pactis circumscripta tam acriter ibi à Suecis certatum est, ut illum Cōgressum ob id solvi, aut differri necessum fuerit? Quod autem afferis: *Commissarios Polonicos fidem fecisse Legato Gallico habituros Commissarios Suecia intra trium vel quatuor hebdomadarum spatium, alias, & emendatas plenipotentias, nullæ tamen advenere, quod Regem suum atam præjudiciosa sibi mutatione alienū compellare non sint ausi.* Certum habe Polonis non tam flocci esse fidem, aut tam servile regum in re iusta metum, ut Suecis. Si enim fidem absolutè fecisset, certè & Regem suum compellare ausi fuissent. Sed non solent audacter fidem alienam perstringere, qui merentur, ut illis ipsis fides habeatur. Nam & in hoc fides tua ipsius cespitatem omittis, quod res est Polonus nimirum fidem illa eatenus fecisse Legato Gallico adducenda pro voto Suecorum Plenipotentiarum, quaterius tantisper de negotio principali sub illa eadem fide tractaretur. Quod recusantibus Suecis quantum animi non ad pacem modò perpetuam fuerit sed ad ipsas, quæ illis captionibus industrie subruebantur Inducias facile inde quisque intelligit.

Secundo Lubecensi Cōgressu, hoc præter alia in mora fuisse dicis, quod Sigillo Plenipotentia Regis Poloniae Insignia Regni Sueciae essent impressa, contra quam pactis congruens erat. At mora illius causa non in Polonis sed in Suecis fuit, quippe rem non iustum sed duntaxat quasi pactis congruentे urgentibus. Alia autem ratio est cogniti quod peti, alia iusti & necessarii quod exigi debet, porro Insigniū illorum
alioqui

alioqui Polonicorum, etiamsi Svecica fuissent, è Sigillo consueto erasio (multo magis quam Tituli subtractio) absuisset à justitia cui injuriam nulla pactorum lex irrogare aut voluit, aut potuit. Eradere enim Insignia Majorum suorum, quid aliud est, quam Progeniem eorum se esse negare? Ut si tu diceres Regi Sveciae, ut congruentiaz cuiusvis ergo, Insignia Comitum Palatinorum & henii ex Sigillo eradet, justumne postulares? Attamen concludis quod hæc scilicet: res *equissima a Polonis, annentibus Mediatoribus non potuit impetrari.* Quæ sane res cum talis fuerit, ut eam impetrari oportuerit nonnè minimè debitam & obligantem fuisse, & ipse testaris? Vide ut hanc quoque causam gladius ipse tuus confodiat? De testimonio Zadzikii Cancellarii, quid opus dicere? quod si ve ex obscuritate proferre potueris, ut minimè profers, ab illo solo inter plures ibidem praesentes Regni Poloniae Commissarios datum parem Pactis publicis, à quibus id alienum est vim obtinere non posset.

Nihilominus imponis, quod: *Hac potissimum cura Regi Poloniae fuerit quem tempus fallerer.* Fallere ii libenter suspicuntur in aliis, qui ipsi libenter fallunt. Fallere porro tempus in tam ferio negotio Regi Poloniae non modò per decus Regium, & integratatem Commissariorum suorum, sed & per naturam ipsius temporis ad exitum Induciarum currentis nec licuit, nec libuit. Nonnè potius Svecorum hæc potissima cura fuit, quo tempus fallerent Induciarum, ut res demonstrat? Quid enim aliud agebant, quam ut ex illis congressibus, non remedia pacis, sed venena perimendarum Induciarum adfucum Orbi exhibendum conficerent? Unde iam hæc

Curando fieri majora videimus
Vulnera quæ melius non tetigisse fuit.

*Legatos per Canarium indicatos culpas: quod non properè in Sueciam accederint, Velim doceres quæ fuit illis properandi necessitas? cum Pactis praescripti fuerit: licet Tractatus illi semel atque iterum non successerint, firmas nihilominus, & inviolabiles manere debere Inducias. Cùm verò & ipse addas infra, hæc verba: *Licet non obligata fuisse S. R. M. Suecia ad reassumendos Tractatus cum semel atq. iterum frustra tentati fuisse.* Dic mihi qua ratione disparitatis S. R. M. Poloniae ad accelerandam Legationem in Sueciam eorundem Tractatu uncausa obligatanam fuisse probas? nisi quod *Furor* depravantium se se atque intuscentium sic & quum fuisse visum est*

Cùm verò nihilominus sat tempestivè Stockholmia adfuisset illa Legatio, qua sive eam ut in his brevibus, & obscuris Chartis, ita in declaratoriis

Epistolæ

Epistola suppre
caularum, adeo
Necte pu
names Moriform
illipræmisfus
plicq; Majorum
multatius, Dig
uillaris, acin
Rep. conficebus
legati, & à mode
no utrobique h
injuria Internu
conveniens cui
etiam, nedum in

At: idem i
Polonia sub anni
regnorum, ad cal
muniere? Nonn
me, ut eam repr
arrium Suecia R
Ad alterum Sue
cace ab homine, J
dium legitimeti
vo, licet non ino
starum, ut in fra
rum, tam illi den
derat indulserit. Q
cum pro suo arbit
rit, qui quidem, u
ne enim Furor es
dium titulum R
dium ad suum pri
mumque suspen
Gustavo Adolph
cerno Carolo
dum Regis tribu

Epistola suppressisti, & obscurasti? Nonne quod hæc sit extrema ruinæ omnium
causarum, adeoq; totius Justitiae Tuæ, ut infra videbis?

Nec te pudet contrarium scribere, quod: *Legatorum loco missus quidam Io-*
annes Morstenius appellatus. Qui non loco illorum missus, sed ut Internuntius
illis præmissus fuit. Neque porro is, quidam appellatus, ut fortè Kochius, vel
pleriq; Majorum etiam Suecorum; sed Nobili claraq; in Regno Poloniae Fa-
milia natus, Dignitate Dapifer Sendomiriensis & Reginæ Camerae Aulicus Fa-
miliaris, ac intimus Secretarius, virtutibus meritisq; Majorum, & propriis in
Rep. conspicuus. Utpote qui præter alia, & à Uladislao ad Imperatorem Ab-
legati, & à moderno Rege ad Principem Transilvaniae Legati munus cū sum-
mo utrobique honore & pro voto Regum & Republicæ obierit. Qua verbi
injuria Internuntium Regium afficere, justumne, & dignitati Regiae, Regniq;
conveniens cuiquam videri potest? Neq; enim talia commota inter privatos
etiam, ne dum inter Reges, & Republicas de *Institutio* locum habere debent.

At: *idem Morstenius literas tantum attulit, id præjudicii involventes, ut Rex*
Poloniae sub annis Regnorum suorum cum unum tantum habeat, videlicet Poloniae
Regnum, ad calcem literarum compositatis innueat se Suecia Regem. Quid opus est
innuere? Nonne id unicuique uecorum testis ille quem Deus associavit ani-
mæ, ut eam reprehenderet, de erroribus, satis superq; innuit eum esse Hæredi-
tarium Suecia Regen? Unum quidem Poloniae Regnum habet possessione,
sed alterum Suecia habet jure. Et quidem tali, quod non scriptum, sed natum,
nec ab homine, sed à DEO datum, & acceptum est, & quod sine facto ipsius ad
alium legitimate transferri nequit. Tantum tamen moderationis Carolo Gusta-
vo, licet non modò contra Jus, suum naturale, sed & contra Pacta etiam Indu-
ciarum, ut infra patebit Regno illi imposito præstiterit; ut illi, ad tempus Induci-
arum, tam iisdem per Morstenium, quam aliis datis literis Titulum Regis Sue-
ciæ indulserit. Quod quis non grata suscipiendum potius, quam calcem litera-
rum pro suo arbitrio explicata una cum internuntio Regio retrudendum dixe-
rit, qui quidem, ut ait Lipsius, Cerebrum in capite non in calcaneis gerit? Non-
ne enim *Furor* est unacuin abruptis Inducis illum ipsum tam scrupulosè custo-
ditum titulum Regium sibi ipsi abrumpere? Illis enim cessantibus totum nego-
tium ad suum principium illumque Terminum revolutum est, in quo Inducis
utrisque suspensum fuerat, dum niunrum Sigismundus Polon: & Sueciæ Rex
Gustavo Adolpho alium quam Sudermania Ducis Titulum (qui nec ipse aunc
externo Carolo Gustavo debetur) tribuere nefas esse duxit. Aliò qui si Titu-
lum Regis tribuisset, universa belli causa jam tum sublata fuisset.

Par ratio: *Omissa unum etceterationis in titulo*, ut ait S. R. M. *qua paritari inter utrosque Reges ex Pactorum prescripto observanda derogaret*, de qua planè Seneca: ut ulceranō ad levem tactum modo, sed & ad suspicionem etiam tactus condolescunt, ita animus affectus, minimis offenditur, adeò ut quosdam salutatio, Epistola, oratio, & inter rogatio in item evocent. Nunquam sine quere illa ægra tanguntur. Quæ vero ægritudo *Furore major?* qui si abfuisset, nonne satius erat Responsorium Titulum pari numero, & cæterationum rependere, quam unum &c. fide publica & Jure Gentium pluris facere? Neque enim dubitandum fuit Regem Poloniæ adeò Regium animum habere, ut nulla re minus Regum aliquem æmulari velit, quam cæterationum gloriâ; ac proinde nec omissionem ad se earum alicuius pro injuria habiturum fuisse. Imò si Carolum Gustavum hujusmodi *voculis* adeò affici scivisset, certe illas liberaliter ipsi addidisset, prout & sequentibus literis numerum earum abunde compleri fecit, quo tamen ac insuper ipsa Legatione infra dicenda præjudicatum Suecorum animum à violanda Induciarum fide minimè cohibuit.

Licet autem superiores causas non causas ipse postposueris, præter solum quasi fucum ostentatæ pacis perpetuæ, nec plures alias enumeraveris, tamen veluti plurinorum & inenumerabilium delictorum extremum addis quod: *ne quid intactum relinqueret Rex Polonia, quo jugulum Status Suecici peti possit*, Peregrinas etiam Clases in mare Balti cum inducere conatus est, federaque cum variis Principibus populisque, qui dictum mare accolunt, ac frequentant inire S. R. M. sola exclusa, ut luce meridiana clarus sit, dictas Clases aduersus S. R. M. Regnumque Sueciae fuisse destinatas, commodius sanè fecisses, si loco lucis meridianæ, nomina potius variorum illorum Principum, & populorum edidisses. Nonnè verò Regnum Poloniæ tantundem habet maris Baltici (quod Æneas Silvius Prutenicum vocat quantum Regnum Svecia?) i ergo Suecum vicinis ejus pœta ineunt S. R. M. Poloniæ Solà exclusa, huic non conatus sed Actus idem cur non licuisset?

Ad extremum occurris objectioni, *Imperitorum reponisque primo: Per Commissarios ad fines Livonia juxta Pacta, nihil plus obtineri potuisse, quam per binos Lubec & Conventus*. Unde hoc scire potuisti? an potius divinatio hujusmodi pigri, imò nolentis erat? quid enim quisque possit, nisi tentando non didicit. *Enim verò Lubecense negotium quantum majus fuit, nempe ratione pacis perpetuæ?* hoc quanto minus de differentiis & injuriis ab utrinque subortis soviendis? *Quod prout illi comparari non potuit, ita ab hoc argumento, divinatio tua certa vel probabilis haberinequit.*

Secundo:

Secundo: Polonia violari, us, aut justus ad tris; ut nimis runc Livonie fo et semel placit pertinaci, in ali Tertio: n rumesse: id n Gentium laudav perutiles Parti congressu v on omnes Gentes re congregatus sionis. Quæ fuerant sublat impensarum Tuæ product Recet fris constat ja se, quam justus prædicti S. R. utile, & nec tumfuit, nem Insupe inroficient, repose. Ma Epistola ead Sed me Illa que deca enim creden contra Pacta jarum declaratur hec obite positor nobis c posse, ut supr

Segundo: cum nihil praesidii in pactis habuerit S. R. M. quippe toties à Rege Polonia violatis, ad armare currere necessum fuit. Poterat ne quoquo aut promptius, aut justus adveniri Pactorum Praesidium, quam adinventum est ipsis Partis: ut nimis Controversia ab utrinque exortæ per Commissarios circafines Livonie sopirentur & deciderentur? nisi Sueci ab hujusmodi praesidio licet semel placito, quod amplius displicere non debuit. Furore in quod cepit pertinaci, in alium colorem versi abhorruissent?

Tertio: ut plures quam his Commissarii convenirent, contra sensum Pactorum esse: idq; ne irritus & apissime congressus mentes exacerbaret, & partes omnium Gentium ludibrio exponeret, maximarumq; impensarum causa esset. O aureas & perutiles Parti utrius rationes! scilicet enim minus confictu armorum, quam congressu omnissariorum mentes exacerbantur, & minus est Ludibrii apud omnes Gentes, Pactorum fidem frangere, quam irritos Commissionum solve-re congressus: aut minoribus impensis bellum indiget, quam Actus Commissionis. Quæ omnia adeò profundè considerata, nonne Legatione in Sueciam fuerant sublata? qua mentes Suecorum exacerbari, aut ludibrio exponi, aut ipsis impensarum causa dari non potuit? sed hanc à te obscuratam è latebit Injustitia. Tux productam infra videbis.

Rectene igitur Brevem hanc Enumerationem Causarum, quæ solis cifris constat iam concludis. Ex hisce omnibus Orbi Christiano liquido constare posse, quam justum S. R. M. contra Regem Polonia bellum quamve necessarium sit, ac proinde S. R. M. exsaturare? Quam enim injustum sit quisque videt, quam utile, & necessarium Suecis ne scilicet fame in sua patria tabelcerent astinatum fuit, nemo dubitat.

Insuper addis Regium promissum. Has rationes S. R. M. omnibus, qui hac introspicient, etiam subditis Reipubl. Polona harum machinationum ignaris probare posse. Magna certè Injustia fiducia, Quod tamen Rex ille num perte in hac Epistola ea de causa scripta præstiterit, jam videamus.

Sed mox in principio huic promisso Regio directe pugnas dicens quod Illæ quæ de causis novi hujus belli edita sunt Chartæ, abunde exhibent omnia. Cui enim credendum est? An illis Regiis Chartis quæ dicunt: Sunt & multa alia contra Pacta, fidemq; publicam Subditosque S. R. M. factitata, quæ uberioricarum declarationi ex ipsis Actis deducendæ relinquuntur. Item ut cetera omittantur, hoc obiter dicenda sunt. Deinde, Quæ singula recensere longum foret, & à proposito nobis compendio alienū. Deniq; in fine: Has rationes S. R. M. omnibus probare posse, ut supra; quo toties repetito testimonio Regio minime eas abunde exhibere

omnia liquet. An potius credam Epistolæ tuæ quæ affirmat quod: *Illa abunde exhibent omnia.*

Addis quidem: *Nisi quod brevitate sint fortassis tardiori cui lectori non nihil obscuriores.* Sed sane novum est, tarditate legendi sensum obscurari, celeritate verò ejusdem obscuritatem elucidari, contra quam à Sapientibus proditum, quod: Non properanti omnia clara, certaque sunt, festinatio omnis improvida est, & cæcæ. Alio qui per tardum Lectorem imperitum intelligi, dicere non potes, cum illæ chartæ imperitis ibidem explicatae sint, quod: *Non dubitaret S. R. M. quin Rex Polonia apud imperitos rerum & ignaros Actiones S. R. M. sit traducturus.*

Immerito itaque arguis Nicanorem: *non vacare culpâ quod illis lectis non dum acquisescat:* quomodo enim *Obiter scriptis* acquiecerit, cui & orbi Christiano, & omnibus qui illas introscient multa alia contra pacta facta, uberior ex Actis ipsis deducenda, & nonnullorum recensio à proposito tunc compendio aliena insuper omniuin probatio Regio nomine promissa est?

Attamen promittis, *daturum te operam, ne quis illum error amplius hac in re agiter,* Ergo videbimus si forte Ariadnæ filium reperies quo illum ex hoc errore educas.

Sed jam & ipse errorem metuis præcavens tibi his verbis. *Nisi autem vehementer fallor Armorum quidem Institutam clare docuero si ostendam duo.* Si igitur illa Duo non ostenderis, nec Juttitiam quidem clarè docueris, vehementer fallite ab ipso meti judicatum memineris, prout jam dictio: *Quidem Institutæ apposita nota est impropositatis.*

Quæ autem sunt illa duo? per Polonos scilicet non per Suecos stetisse hactenus, quo minus dudum inter populos illos firma ac perpetua pax vignerit. Polonus porro multis modis Induciarum leges frigisse, quæ sanctè hactenus à Suecis sunt observatae, ac proinde culpa sua latissima arma hæc tempus in se provocasse. Quæ quomodo jam probaturus sis observabimus.

Principio, igitur tenendum esse, dicas, quod Originem bellum non Sueci sed Poloni dederunt, neq; enim Suecorum aliquis ante hac unquam Polonorum quenquam lasserat, multo minus Remp: eorum aliqua affecterat injuria, donec Sigismundus infestis armis adjutus valida Polonorū manu Patrium Suecia regnum adortus est. Quo ipso principio vehementer falleris, simulq; Nicanorem fallis omisla Estonia. De qua uti parte Livonia dum Polonis à Moscho ex pactis reddi debuit, ob idque negligentius jam ab hoc custodiretur per Suecos intercepta, controversia inter Stephanum poloniz, & Joannem Sueciam Reges ad bellum propendere

endere videbatur, nisi Stephano humanis exempto, Sigismundoq; ad gubernacula Reip. Polonæ promoto Joannes Pater cam Provinciam Regno Poloniæ restituendam per legatos caviset. Qua tamen minimè post mortem ejus restituta, imò fide pectorum illorum per Suecos fracta originem iainicitiæ, jam ut tum causam belli, non Poloni sed Sueci dederunt.

Porro & tuis ipse verbis neminem, scilicet, polonorum lessum aut R emp: eo-
um aliquā affectam fuisse à Suecis injuria, donec Sigismundus Patrium Suecia Re-
gnum adortus est, nolens fateris primam hanc fuisse Polonorū à Suecis inju-
ram. Quæ etiæ non prima fuit, ut supra ostensum est, *injuriam*, tamen fuisse vi
eritatis cogente agnoscis. Idem enim est dicere *non factam injuriam* donec i-
-gismundus Regnum adortus est, quod & tunc primum factam dum i-
-gismundus Regnum illud adortus est. Quæ enim major Polonis inferri potuit injuria, quam
non bellico sed aulico apparatu, non cum infestis armis, sed cum amicis a-
mis R egem suum eundemque suecorum in sueciam comitantes stegebur-
q; securè quietos classe circumdari, calumniis, & fraudibus onerari, ad Lin-
spiam infestis armis impeti, & non sine quidem Clade suecorum profligari,
dignitatis, & vitæ discriminē. egi simul injecto è regno tandem ex-
ili? Quod certè non evenisset, si rex SIGISMUNDUS infestis armis, vel potius
to exercitu, ut suavit. Zanoscis quam fide uecorum securior regnum illud
um accessisset. Quidni autem securum redderet, & naturalis fides, & Jura-
mentum suecorum sibi novissimè præstitum, ac primum olim Gustavo Avo-
> Arrosiæ anno 1564. in sempiternum consecratum his verbis: *Vnanimiter,*
*specialiter coram Deo, eisq; Sanctissimo verbo pollicemur, quod quousq; eren-
tis Rex Gustavus, & ejis Prosapia viget, illam pro nostris & Universi Regni natu-
ribus, & Electis regibus agnoscimus, & deligimus in contrarium, neq; inimicitia,
icitia favores, munera, consanguinitas, odia, similitas, aut cuiuscunq; generis cau-
el hominum fraudes, insurrections vel mine Nos unquam permovebunt. Et
ra: illis omnibus fidelissime sine dolo malo, mora, novis inventionibus, quacunque
nana astutia satisfacere & ea in violabiliter, irrevocabiliterq; exequi conabimur
unimter, & peculiariter vigore nostri juramenti, ratione fame, conscientie, vi-
fortunarumque in verax & sempiternum testimonium illa stabilimus & confir-
mus. A quibus proinde neq; gratia, munera, similitates, consanguinitates, amici-
tia inimicitia, vel alia hominum passiones, instantia, vel ad inventiones Nos un-
m remorabuntur, aut dimovebunt. Ita nos Deus adjuvet, & suum sanctum E-
gelium. Quid his fidei vinculis exigitari poterat obstrictius aut firmius?
ctamen rupit primum memorata rebellio, postmodum Decretum Comi-*

tiorum Liricopienium Anno 1600. Latum in hæc verba : *Quamobrem cun
propter plurimas alias rationes, (modernis nempe similes) que ex typo propediens
evulgabuntur, summopere coacti sumus huinsmodi Sua Majestatis Regimini prorsus
renunciare, omnem fidelitatem & obedientiam, quibus omnes secundum unius
nem hereditarum, & Iura Suecia obstricti faimus abdicando.* His taliter per Suecos publicatis, egenusne adhuc testibus, vel probationibus aliis fidei Sueorum, cum nulla major probatio esse possit, quām oris proprii confessio, quā Regi suo fidelitatem prorsus omnem exuerunt, & renunciarunt. Unde non anima Sigismundi Suecis, sed fidem Suecorum Sigismundo infestam fuisse vides.

Dicesme omisisse causam illi Decreto appositam, quod nimurum Rex Sigismundus in prajudicium avitie testamenti, & admonitionis, à vera Evangelii doctrina exorbitaverit, perversa Pontificis Religioni adherens; sed mei ad præsestituti non est querere, quis Religionem tot sacerulis in Suecia, cultam perverterit, & à vera Evangelii doctrina exorbitaverit: hoc solum quero finie in illo tam rigido Suecorum Juramento excepta causa Religionis? vel si & Testamentum Gustavi vim legis habuit, tunene primum Sueci Religionem hanc Sigismundi compererunt, postquam eum in Regem suum concessissent: an in ea Religione in Suecia à pueritia educatum probe scientes, erem allegare, eoque fidelitatis renunciationem tueri possunt?

Et vero fuitne hæc in Joanne Fratre Sigismundi juniore culpa? quem men minorarem regno quod ipsi immediatè post Sigismundum debetur spoliarunt, causa fabricata his verbis: *Quanquam vero Illi strissimo Ducanni secundum unionem hereditariam, jam foret Regia dignitas committenda, quandoquidem perpendamus atque metuamus ne sua Celsitudo in Regio Suecorum culmine constituta & amore permota naturali cum fratre suo Sigismundo, auctoribus ea paæta ineat, qua in nostram & Patria totius vergerent permicem tremam; itaq; unanimi consilio & consensu statuimus ut Illustrissimo Principi, Inni de honesta & Ducali sustentatione providatur.* Sic nimurum Suecos metu suspicio quacunque de re, contra quoscumque, etiam principes tuos, appresa semper, à fide liberat. Cur vero ipsum tamen Joannem sic ad privatam v. damnatum ad resignandum Carolo Regnum coegerunt? nisi quod Cardine Resignatione eo legitimè non potuisse potiri iudicarunt. Quod multo gis de Sigismundo, & ejus posteris censendum est: A quibus non obtenta signatione, ut ille Major, sic modernus Carolus Gustavus Suecorum Rex timè dicihaberiq; non potest.

In

Infuper ram
Sigismundi, q
imprudentia, &
infide, & Judici
sacculi Regib
Pradicatio
as Polonis & ab
nimurum non Arb
clusi nisi a se præsc
ce confitui deb
Stockholmiensium p
componenda cum
que eas tales su
derigore illarum
audientias ac Im
vnu s' dicitis legib
fortuna commi
latione plusne
animi ad pacem
um vel quibus al
um vindictam, n
upostur id mer
um afflant hor
cordida macula r
egibus & morib
Ergo tam a
vnu Liveniam a
llite tenotia De
An enim De
ca? quippe hoc
enon cognoscu
r, Deinde bene

Insuper ram atroci injuriæ addis aliam denigrans defuncti nomen Regis Sigismundi, quasi ille: *Sueta sibi imprudentia fuisse rem aggressus.* Cum potius imprudentiæ, & certè impudentiæ sit, hujus vellicare gloriam; quem Orbis in fide, & Judicio major ut ceteris Regiis virtutibus, sic prudentia omnibus ai sœculi Regibus si non superiore, parem certe fuisse novit.

Prædicas subinde: *Pacem perennem vel saltem longas Inducias à Suecis obitas Polonis & ab his aliquoties rejectas.* At oblationis modum non exprimis, imirum non Arbitrorum Judicio rem permittendo, sed lege in ferendo, ut non nisi à se præscriptis Conditionibus pax illa, si Diis placet, vel longæ Induciae constitui debuerint. Quod inter alia testatur Constitutio Comitiorum tokolniensium promulgata, his verbis: *Accurate excusimus rationes pacis imponenda cum Polonis à S. R. M. hosti in Prussia ultimum oblatas, deprehendimusque eas tales ut nullatenus emolliri aut mutari possint. Suademus itaq; S. R. M. t de rigore illarum quicquam demere, aut hosti ulla ratione cedere velit, ne viribus audulentis ac Imposturis aliqua accessio fiat, plura quam par est concedendo, quin otius si dictis legibus hosti certum est nolle pacifici, præstare arbitramur rem D E O fortuna committi, quo arrogantia & fastus hostilis ulterius retundatur.* Quia in oblatione plusnè virulentiæ, & fraudulentæ imposturæ, & fastus, & arrogantia nani ad pacem propensi fuerit, ipse pondera. Quare in legibus Polonorum vel quibus aliis Instrumentis & Decretis publicis, tam ignobilem verbum vindictam, non in Suecos solum, quorum potius fraudulentæ vires & imposturæ id merentur, sed nec in ullo hostium vibratam reperies. Qui enim astimant honorem proprium, non facile lacerant alienum. Illæ quidem crudelæ maculæ non in moribus Polonorum fallere nesciis, Orbenotis, sed in gibis & moribus Suecorum hærent.

Ergo tam & quissimæ pacis, *Vindicavit aī iniquam repulsam DEVS & omnem Livoniā ac magnam partem Prussia donavit felicibus Suecorum armis.* Sed allit te notitia Dei, quem scelerum authorem credis deplorante Poeta;

*Heu primæ scelerum causa mortalibus agris
Naturam nescire Deum.*

An enim Deus præcepit rapere aliena invadere provincias, spoliare Regna? quippe hoc modo gaudere de rapto brutorum vita est, quæ Justitiam Dei non agnoscunt. Quid si velfur de bove tuo, vel adulter de uxore gloriari, Deinde beneficio non suo scelere consecutum diceres? neq; enim majorē bovis,

bovis, aut uxoris Tuæ quam Provinciae curâ Deo esse dicere potes. Ex quibus quam stolidas sit præsumptio Donationis Livoniae, ut & russæ Suecorum armis, & quam fœlix censeri debeat hujusmodi armorum fœlicitas facile jam puto animadvertis.

pervenis tandem ad ultimas Inducias Sturmdorffianas ubi attingis quidem terminum veræ *Institutionis Reditam*, nimirum Polonis Elbingam, Marienburgum, Dirzaviam, Braunsbergam, Pilaviam, & omne quidquid Prussia occupaverant sola Livonia: sibi retenta. Sed quid prodest reddere, si iterum rapias? Ut enim pirus nequam iterum rediens, septem alias secum adducit nequiores, sic succinō ad Prussion modo recidivi, sed & alias Poloniae provincias aggressi, frequens hujusmodi satellitum septies priori nequius secum adduxerunt. Livonia vero sibi nē retenta dici debet, cum sibi minimè competit, prout & Prussia! quod enim juris est de una idem & de altera, cum utraq; uno eodemq; jure *Donationis* fuerit præsumpta.

Hinc tandem obscuritatem Chartarum Regiarum elucidandam aggrederis corrigendo earum ordinem, & prius ibi posita postponendo. Petis enim in primis momentum negotii, & velut arcem *Institutionis Tuæ Paris* scilicet perpetuum studium Polonis Lubecæ ne quidem fuisse cordi. Sit ita. At fuit iisdem cordi fides Induciarum, quæ Sueci absuit, ut res probat. Nam ad altera quibus ad hunc finem pro argumentis uteris non est cur respondeam cum ex superioribus satis constet, Sueci tamen pacem quam Inducias ob communitatem invadendæ Poloniae, nē quidem fuisse cordi. Pondera & esponsum Oxenstiernæ Senis Cancellerii Canafilio datum, quod & ipse meritò Acrevocas, nonnē jam tunc crepabat bellum? quod inter alia satis indicant convictioſa hæc, & planè hostili verba: *Et vero si pergant Poloni mittere eos Legatos qui se se Orbenq; universum decipient, quod falsum est. Decipere enim pactis orbem, Suecorum esse proprium, vel in hoc ipso insidioso bello quisque videt.*

Nec multo tamen modestius & ipse verbis Oxenstiernæ quasi sacris subscribis par fuisse Polonis alterutrum ut agerent, vel tandem mittere idoneos Legatos, vel saltē in idoneis mittendis animos egrós non porrò accendere. Quo autem morbo & grosis nisi Furore? Cujus tristis frons, torva facies, ut nemini ipsa placet, ita neminem sibi placere ostendit. At prout & gressu palato nullus cibus sapit, sic & gressi Furore animis, nē Mercurius quidem si è Polonia Legationis nomine venisset, placere potuisset.

De Morstino quidem rectè obscuritatem priorum Chartarum declaras his verbis: *Commonorit hac quidem recens injuria generosum Regis animum. sufficeret*
tamen

tamen credit in
admittere. Si id si
nū nevo omni
dempactorum l

Mirari au
deò firmiteri
Suecis pacem nol
has solidas esse ve

Et comme
nibus ad pacem,
Certe enim invi
mentum quo fra
nitati illi, sine Q
alio judicat) pra

Zahorscium. Su
solidis innixa In
Sueci paci perpe
rum fideliores e

Quam igit
notam lupprin
decis: Quod sa
ex Polonia nisi cu
tus fuisse in pro
stantie pretenso
aris, nemini
nunc Lancicensi
D. L. Notarius?

muntio Senatus Z
Carolumq; Gusto
Armatum quiden
que excepti, arm
bantur, donec ipf
Gulatio renunciata
lantibus, facio ma
gitatione, ventur
no nominis Divi

Quantum
notam lupprin
decis: Quod sa
ex Polonia nisi cu
tus fuisse in pro
stantie pretenso
aris, nemini
nunc Lancicensi
D. L. Notarius?

muntio Senatus Z
Carolumq; Gusto
Armatum quiden
que excepti, arm
bantur, donec ipf
Gulatio renunciata
lantibus, facio ma
gitatione, ventur
no nominis Divi

tamen credidit in penam nec literas ipsas, nec Morstinium tanquam Internuntium admittere. Si id sufficere credidit in penam, ut quid inter bellum causas numeravit? ne in omni duplice pena puniendus. Et nonne generosioris animi fuissest si dem pactorum hac ut ipse vocas *vocula*, &c. pluris aestinasse?

Mirari autem satis non possum te ad probandum hujus belli *Institiam* a deo firmiteruni eidemq; argumento insistere, quod scilicet *Poloni solidam cum Svecis pacem noluerint*; quid hoc ad fidem Induciarum? nonne sufficiebat quod has solidas esse voluerint?

Et commineoras Senatores Poloniae, à Senatoribus Svecia gravissimis rationibus ad pacem, *Quasi solennibus literis invitatos*. Quod sane melius reticuisses. Certe enim invitamentum illud fuit, *Quasi*; nempe calidissimum belli integrumentum, quo fraus fidem sibi prestruebat. Senatus quidem & olonicus humilitati illi, sine *Quasi*; fidens (ut enim quisque est optimus, ita difficile secus de alio judicat) præmisit mox in Sveciam Internuntium suum, (quem omittis) Zahorscium. Subsecuta è vestigio non *Quasi*, sed merè solennis Legatio quæ solidis innixa Induciis non modo solidam pacem quæsivit, sed insuper cupiit, ut Sveci Paci perpetuæ sociale fædus, tanquam vinculum adjicerent, quo nimium fideliores esse possent.

Quam igitur fideliter Legationem hanc Orbinotam, soli tibi scilicet iugotam suppressim dum per modum Romanorū Juramenti: Si sciens fallo &c. e dicis: *Quod sane equidem sciam Legati nulli de componenda pace advenerunt ex Polonia nisi cum pars Exercitus excubaret in eorum finibus*, & ipse Rees armatus staret in procinctu. Hæc nimirum fuit charibdis Justitiae Tuæ quam ignorantia prætenso velo ita es fæliciter prætervectus, ut ne attigisse quidem videaris. Non enim nulli tibi sunt legati, Illustres viri, Joannes Comes de Leszno unic Lanciciensis nunc Posnanienensis palatinus, & Alexander Naruszevic Mag. D. L. Notarius. Qui tempestive in Sveciam nondum abinde expedito Internuntio Senatus Zahorscio, cum plenis universæ Rcip. mandatis advenerant Carolumq; Gustavum adhuc tokolmiae Comitia determinantem invenerant Armatum quidem se fide Pactorum, & solenni invitatione fæti, cum plausu que excepti, arma illa nequaquam contra suam Remp: esse comparata suspicabantur, donec ipsis postridie adventus id ita esse, à Carolo & quidem nondum adulato reñicium est. Unde porro acerbius de ludibrio sui. & cip: ex postribus, facio magis Svecorum quænā pacis, vel menstrua, nedum perpetuæ coititatione, ventum est ad Tractatus Orlique Syecia *Quasi* solenni invocatio ac nominis Divini (credidit illud nequaquam in vanum assunsi) magna cum

syncretatis suæ ad perpetuam pacem prædicatione distinxere tractanda in
præterita præsentia, & futura. Quæ tali ordine per aliquot congressus, blan-
dè, suaviterque disceptata, post quam facilimè ad suum finem procedere con-
spexerunt, ex tunc tergiversari, feltinationem Regiam ad exercitum suum
opponere, commoditatem continuandi negotii aptiorem St. tini, vel in por-
tu Gedanensi, vel certe in Polonia per ludibrium ostendere; donec Tracta-
tus illos itam prope finem perducetos abrupterint, ne unius quidem Mensis quo
de hoc bello Regem suum interim monerent, armorum suspensione nedum
tam prolixè à te prædicata pace perpetua Legatis concessa. Fucum tamen reti-
nendo, inchoatum negotium Stetinum ad spatium Mensis distulerunt, &
quidem per verba arrogantia: *Sacra R. M. Tractatus hosc e Stetinum differendos
esse jussit, & constituit.* Ubi tamen vel postmodum in Polonia illos nequaquam
amplius admiserunt. Inune, & prædica per Polonos scilicet non per Svecos fieri
quo minus inter populos illos firma ac perpetua pax viguerit. Itaque pacem sol-
dam ne quidem cordi unquam fuisse. Aude affere: *quod Rex & R. Sub. Polona
Svecos ostentatione pacis perpetua Indiscavit.* Quod enim iustus ludibrium dar-
poteat, quam Regem & R. emp. polonam ad pacem perpetuam, ut nunc decla-
ras, *Quasi, invitata, & inaudito exemplo, pacis causa Legatos in Sveciam mit-
tentem, ibidem non a perpetua modo, aut Inducitis debita, sed ab unita mensis
pace excludi:* Legatos ad pacem invitatos ante salutatum regem nuntio bell
præveniri; eosdemque abrupto transactionis negotio Stockholmia defererere
& in portu maris una Septimana, tempus otio dare potius, quam inchoatum
negotium perficere, & determinare? ut omittant munera Legatis contra eo
rum renunciationem obtrusa; quæ mox multo cum favore ex bonis eorum a-
vidius raperentur; & alia quæ in speciem humanitatis, renotissimo ab humani-
tate animo, per ludibrium ibidem simulabantur.

Quo tu suppresso transis ad aliud perinde clare docendum. Polonus mis-
tis modis Induciarum leges fregisse, que scilicet Sancte haïtensis à Svecis sur-
observata, ac proinde culpa sua latissima arma hac in se provocasse. Quam tame-
propositionem ipse mox convallis, docens contrarium his verbis: *Quis sive ju-
stus, sive prudens affirmaverit omnium omnino Induciarum finem semper expe-
ctandum?* Ergo Svecis non omnium omnino Induciarum finis expectan-
dus, è contra Polonis culpa ea esset latissima? Egregiam profecto doctrinam
& planè fide Svecorum dignam; tunc enim illos justos, tunc prudentes esse cl-
are doces, cùm non omnium omnino Induciarum finem semper expectaverint. Cu-
autem non distinxisti, quarum Induciarum fuis sit expectandus, quaru-

non? nè id po-
natur, vel Nu-
rum nominidu-
gerunt, quam
accunt.

Declarar
que fidem Induc-
tioni reliqua
puli, à quo fu-
diceretur, qu
bundi respond
nita causa? Si
juria, non co-
leunt?

Atque hu-
hujusmodi Ju-
nar quemadmo-
dine Casimiro
pote: Non uac-
Pomerania, se-
bus constare all-
His quippe ju-
renpotest.

Quod id
hodieque super-
ris, quam quid
mo videt.

Similiter
infamoris inno-
dicere, quod m-
us mirum sit, q
possint.

Cum Ch-
imquis nemine
in brevi Enu-

tractanda in
tressus, blan-
coedere con-
sercum suum
ni, vel in por-
once Tracta-
in Mensis quo
nitione nedum
am tamen reti-
stulerunt, &
um differendos
os nequaquam
er Svecos stiffe
que pacem sol-
Repub. Polona
ludibrium dari
ut nunc decla-
in Sveciam mit-
b units mensis
rm nuntio belli
miz desferre,
tiam inchoatum
atis contra co-
bonis eorum z-
imo abhuman-
m. Polonus mal-
us à Svecia san-
sse. Quam tam
bis: Quis se p-
cem semper exp-
fins expectan-
cto doctrinam
rudentes esse de-
pelaverint. Cr-
tandus; quarum
no

non? nè id porro arcanum Svecorum contra omnes fæderatas Gentes oportet
tuum, vel Nicanori amico tuo pateat. Ergo Sveci bellū & pacis & Induciarum nominibus pro arbitrio utentur! meliores profectò cum aperte bellum
gerant, quam cum otiosam hostilitatem Pacis vel induciarum nomine af-
ficiunt.

Declarare quidem sat agis: *Interdum arma iustissime maturari in partem*
que fidem Induciarum frègit. Sed an Poloni has frègerint id soli Svecorum de-
cisioni relinquis. Exemplo olim à Nicanore tuo concitati Athenies ses po-
*puli, à quo furente dum Phocion Dux eorum, Plutarcho teste, ad necem
daceretur, quæreretque Jure nè an injuria occidere me vultis? cum furi-
bundi responderent, jure. Quomodo autem hoc, inquit, scietis, non cog-
nita causa? Sic veci cæco furore ad arma in Polonos acti, jurene an in-
juria, non cognita causa iis fractam Induciarum fidem obiiciunt, unde
sciunt?*

Atque hunc tu Nicanorem, sed præpostere, nimirum post Executionem
hujusmodi Judicij peractam, demum appellas dicens. *Attende vero mi Nica-*
nor quem admodum circa Indicias sese gesserint Poloni & Vladislao pariter & Io-
anne Casimiro Regibus. Et reperitis Causas in Brevis Enumeratione obscuras, ut
pote: Non vacare culpa fracta fidei, exorsionem Botii in Livoniam, Krackovii in
Pomeraniam, sed nihilo clariores reddis. Vbi enim sunt illa certa documenta qui-
bis constare allegasti instigasse Vladislauum ut eam Botius expeditionem suscipere?
His quippe juxta promissum non probatis, ipse potius, calpa fracta fidei vaca-
renon potes.

Quod idein & de Oeselia dicendum est, de qua ais: *Littera quam multa*
hodieque superant, nullas tamen adducis, sed earum loco luce meridianâ testa-
ris, quam quidem quisque discussionem obscuritatis, ceu promissi klarame-
mo videt.

Similiter de sollicitatis Livonis, ingeris: quod res hac emanarit & pluribus
testimonis innotuit, at ex his pluribus, nè unicum quidem probas. Audes tamen
dicere, quod: nec haec molitiones queant fronte haud erubescente negari, cum poti-
us mirum sit, quomodo atque sine probatione, fronte haud erubescente allegari
possint.

Cum Christiano IV. & Arnhemio & Bandisio agitari Tractatus prudentem
inquis nemine refellerunt immo te ipsum fallunt, dum probari nequeunt. Cū enim
in Brevis Enumeratione scripsis, quod tunc: *molitiones haec recensere longum*

effet & à proposito compendio alienum, cur non eas recenses in Epistola tua, à cura compendi libera, uti regio nomine Orbi Christiano & omnibus, ac in Epistola Nicanori promisisti? sed tardore Lectore tardiorem Commentatorem te esse demonstras.

Licet autem vastra magis commenta tuis excogitari non possint, aedes tamen effrenatè cavillari quod novus hic Rex vastro commento usus literas lingua & more Gallico scripsit ad Reginam. At si lingua & mos Gallicus Svecis jam vafer est, vaferimos esse oportet qui à sinceriore lingua Latinâ vafris commentis suis fidem querunt.

Quàm vero absurdum est: *Certissimis testimoniosis afferri, Regem Poloniae more sui Fratris Livonos ad defctionem invitare, imo illos pacandas Kozakis in prædam offerre, invitare enim, & in prædam offerre sibi invicem contraria sunt, & solis Svecis nota, qui Polonos invitatos ad pacem, sūmul Exercitus sui præde obtulerunt. Et testimonia quæ nulla probas an pro certissimis haberi possunt, cùm vel tua ipsius narratio de hoc sibi ipsi pugnet?*

Potesne præterea docere, quod asseris. *De classe par andā cum viciniis, fæderisq; formula jam concepta?* cūm id in mente duntaxat fuissē declares his verbis: *Quare ergo jam classem meditatur Rex Poloniae, nisi in Svecici Regni damnum?* Ergo formulam hanc meditatione conceptam in mente Regis Poloniae legisti? nonne diversum in præliminaribus Chartis scripseras, quod is *Classe in mare Balticum inducere conatus est!* qui quidem conatus non nisi in opera & actione consistere debuit. Falsum igitur illud postmodum in Epistola tua ipsemēt declaras, quod scilicet nondum conatus sit, sed duntaxat id *jam meditatur*. Quod si non meditatione sed facto ipso sive *Classe*, ut prius, sive *Classem* ut posterius, variata assertione, scripsisti, induxisset? id certè in damnum quidem ut aīs vecorum fuisset, quod nempè ex Polonia prædas non cepissent, sed in verum & sumnum bonum eorundem ut fidem & induciarum fæderas servassent.

At in vim probationis mentalium adducis quod *Vique non potuerunt Regni Senatores latere ea, quum in vulgo panè omnia innotuerint*. Ergò illi de Causis belli, Svecorum à vulgo seiscitari, & notitiam captare debuerant? Nonnè contrarium Regis nomine de *subditis Reip. Polone harum machinationum ignaris* scripsisti? Quomodo igitur ab *ignaris* informari potuissent?

Dicis quidem postmodum, *De quam multis conquestum apud illos sapientes, sed rectius fecisses, si ex tam multis de quo, apud quos, & quando conquestum*

stum fuit, loco impertinentium illorum ex Starovolscio & aliis corrasorum textuum edidisse, ne sic obscuritatis tua declaratio, obscuritate ipsa obscurior esset.

Deniq; agnoscis cautum fuisse ut de injuriis sic obortis utring circa Livoniae fines Conventus fierent per Commissarios salvis Induciis, attamen: Non esse pactum onus petendi Commissiones illas Svecis incumbere. Estne vero in contrarium pactum onus petendi Commissiones illas de Svecorum injuriis non Svecis sed Polonis incumbere? Nonne de Jure, & In Iustitia ordine, cui cedit injuria eidem & querela, & Iudicis requisitio! An non stultum esset accusante nemine Iudicium poscere, & se ipsos deignotis excusare velle?

Opponis Non fuisse ex dignitate Regni Svecia emendicare Commissiones illas quas vocant. Ergo magis ex dignitate Regni Sveciae fuit, fidem Induciarum frangere, quam Commissiones requirere? Quid enim emendatione opus erat, si nec ulla simplex pracessit requisitio, vel saltem in congressibus Lubecensibus circa declarationem illarum Induciarum aliqua horum exceptio?

Tutamen haec omnia ut dicis, non nihil majore cura abs te ad hunc modum expensa tantifacis, ut concludas: ob ea potuisse merito Svecos vel pacire renunciare, si qua illis pax cum Polonis intercessisset. Quero ex te tamen adeo non renunciarunt ut potius ad eam in perpetuum stabilierant Polonos in Sveciam invitarint? Et nonne honestius fuerat renunciasse & paci simul & induciis, quam in invitatis sine quavis renunciatione bellum intulisse?

Porro Induciarum vim parvi faciens ait, multum interest inter Pacis, & Induciarum status, Reclissime Gellius: non pax est inducia, bellum enim manet praecepsat. Sed non rectissime a te illius verba intelliguntur. Bellum enim manet extra inducias, pugna cessat intra inducias. Vis clarior? Consule Gellio Magorem Virgilium, qui dicit:

Bis senus pepigere dies, & pace sequestra:

Ergo huic duodecim dierum Induciae pax sunt, tibi 26. annorum pax non sunt? Si porro haec pax non fuissent, utiq; Poloni ad hoc usq; tempus Exercitum non exautorassent. Quam tamen In Iustitia Sveciae do Etrinam tunc pactis ion nunc fractis Induciis claram facere debuisti. Vis scire quam multum intersit inter pacis & induciarum Status? computa quantum temporis, non quantum fidei utriq; debeat. Fidei enim equalis semper mensura; cuius tandem est de hora, quantum de anno, immo quantum de saeculo. Vide autem quam recte Inducias quoad Svecos concedas esse frangibiles, quoad Polonos

fractas accusas; quasi alio rigore pro Svecis, alio pro Poloni censeri debuerint.

Quia in Antinomia Pacis & Induciarum, dum ait, *Illi sane populis, qui maxime nunc accusant Svecorum arma longe levioribus praetextibus Bellum gerere solenne est, ut facile appareatur illis potius felice armorum Svecicorum Successu, quam in iustitia, & hanc non nisi inane invidia odiq; esse pallium.* Vide quām te ipso teste, Orbis Christianus coram quo arma Svecica excusanda prius suscepseras eorum causas, quas vocas *iustificas* adeo non acceptaverit, ut ea potius accuset: quid mirum quod ad Nicanorem solum appellasti?

Sed sunt ne tamen præter hunc adhuc aliqui in orbe, qui hæc arma Sveciæ in Polonos excusata habent? Et responde: *Video non nullos haud quidem diffiteri justo dolore motos Svecos arma tandem corripuisse: arbitrii tamen diffimilandas fuisse omnes injurias, & condonandas, quod jam tum Poloni misere affliguntur, nec enim afflictio addendam afflictionem.* Ergo nec amicis quidem Svecorum arma hæc probata sunt: inquit nec tibi ipsi: Fateris enim ingenuè his verbis. *Quorum probitas mihi vehementer placet.* Attamen sic placita probitati contritam improbitatem promoves, ac si dices.

*Video meliora, probog;
Deteriora sequor.*

Mox enim pugnas contra tuam ipsius conscientiam objiciens tibi ipsi. *At si afflictus nec in iuria foris afflictus non definat alios quietos injuriis laceare, an is dignus est misericordia.* Et concludis *Neutquam in pœna dignum exquisissima, addisq; permoventem te rationem An entia pietas exigu pars illi afflictio donec emerget?* Sic profecto Polonorum Causam perditam esse portet, quandoquidem *In iustitia & pietas Svecorum est tam diu servare pacem Conventa Parti, quām diu non est afflita.* Exemplo forte Cleomenis, qui cum triginta dierum pactus Indicias, eas noctu fregisset, excusavit, dierum sensu noctuum Indicias pepigisse. Ita Svecos cujusvis Republicæ (generalis enim est propositio Tua: *si aliquis*) sereno duntaxat non autem turbido, & afflito tempore ad observationem Pactorum teneri. Ergo his juxta doctrinam *In iustitia Tuæ ut & Barbaris ex fortuna penderit fides?* Nonne enim apud Justos & probos fidem, prospera poscunt, adverba exigunt, & ut quidam ait: nocte cinctillat, nocte rutilat fidei carbunculus? Inquit nec illum fidei obligaret vindictam, Magnum tamen Imperatorem, ut docet Plutarchus, suæ virtutis, non ac-

næ imbecillitatis fiducia convenit bellum suscipere. Igitur Sveci calamitatibus alienis clari esse cupient, & afflictionem ac debilitatem Polonorum in gloriam armorum suorum vertent? Olim Romanus Dux punitus quod ebrios hostes cæcidisset, tu non vino sed afflictione ebrios cædendos pium & gloriolum esse doces. Prostratae quidem bellis. Heu licet & puero caput altæ ascendere Romæ. Cæterum verus leo nunquam sœvit in jacentia.

Quām rigitur rectè ostendisti illa duo, quamque in ijs *Institutionam Armorum Specicorum*, clare docuisti, vel ipsius Nicanoris Amici cui judicium esto. Ubi autem sunt illa & regia promissa? multa scilicet alia per Polonos contra partem fidemque publicam suaditosque S. R. M. facilitata uberiori causarum declaracioni ex ijs Actis deducenda relata? Quæ si in obscuris illis Actis reperire potuisses, certe fidem Regiam eliberae non omisisses, nec aut illâ Orbem Chr. stianum, aut tuâ, Nicanoris expectationem fecellisses.

Sequitur ut Appendix, huic alteri propositionis tuæ parti adjecta, quām scilicet sancte à Svecis Inducie hæc tenus sint observatae? fidem cognoscamus. Nam & in Brevibus Causis Regis nomine dixeras: *innoxios & pectorum observantes Svecos, quos scilicet nec unquam fratre pacis causa Gens Polona calpare potuit.* Quæ an vera Svecorum laus sit, non ex Actis in modò Svecicis, sed ex ipsa oculis subjecta vide.

Nonne enim in conspectu Orbis est, quod non satis fuit Svecis, Regem Sigismundum cum ipsis posteritate contra omnia jura divina & humana hæreditario regno exclusisse, Carolumque & Gustavum ac hujus progeniem (quæ utique toleranda erat) eidem regno imposuisse, nisi novissime palatinus Rheni extraneus, & nullo justo ac legitimo ad Regnum hoc, iure subnixus pro Rege declaratus & coronatus fuisset? Cum alioqui obstantibus Pactis hæreditariis, ac novissima Gustavi primi voluntate nemini ex linea materna cognatorius succedendi in illud regnum unquam fasilicitemque fuerit. Pactis vero sumendorfianis de quibus res est, id præcipue cautum continetur, ut durantibus Inducris omni hostilitate abstineatur, omniaque in priori statu ad decursum memoratarum Induciarum relinquantur. Quæ autem vis major, quæ hostilitas apertior, quæ convulsio pectorum manifestior poterat fieri, & committi, quam tibi iis currentibus. Jus naturale, per oppositionem extranei Successoris violatum, & simul sanguini regio hæreditario, perpetua ignominiae nota inusta est?

Occupati præterea per eundem incompetenter successorem ducatus,
ante

ante adeptum diadema Regni Svecici & prædecessoribus IOANNIS CASI MIRI Regis pacifice & quietè possesi.

Vasorum item, à quibus Regia hæc familia suam derivat originem. Genitilitez possessiones per varia Regni Sveciae Loca dis sitæ ademptæ.

In Livonia Rep. Polonæ Provincia contra priorem statum auctæ, munitiones, & nova fortalitia à fundamentis ipsis excitata.

Vectigalia majora quām pactis concessum est Rigæ, & in portu illius magno Incolarum Reipub. damno & oppressione instituta.

Moneta pura & solida privati commodi causa contra priorem Statum in minutiorem transformata: prava autem & vilis Rigæ cudi permissa.

Iustitia lœsis plerisq; & injuriatis non administrata. Et quamvis eo nomine ex præscripto formulaq; Pactorum Commissarij, à Rep. Polona sèpius disputarentur (quos adeò non opus erat emendicare, quod supra præterdisti) iæ tamen Commissiones refragantibus Svecis nunquam sortitæ sunt effectu.

Quid memorem violentias à Svecicis militibus in Majori Polonia tempore Germanici belli patratas? Quid transmissam per ditiones ejusdem, auro proprio cum mille ducentis militibus Banieri Uxorem? Quid concitatos contra Polonię Moschos, Kosakosq; sollicitatum dudum ad defectionem, ducem in Prussia Regni Vasallum Electorem Brandenburgicum, litationes cuius agitatas, & deniq; perfectas? Quid conservatum, tandemq; adductum a perniciem Patriæ Radzieovium? quæ omnia suis effectibus ita clara, certae sunt ut nullis documentis ex Actis quibusvis depromehidis opus habeant. Novero cum his numeravero blandimenta facta Aulæ Othomanicæ, tentatum nimum Principis Transilvanicæ, captataam Tartarorum Ainicitiæ, quandam quidem his accurate quæsitus, minimè respondit effectus.

Confer itaq; imaginaria illa Furoris Svecorum phantasma cum histantisq; molitionibus & earum funestis effectibus, & vide quām sancte scilicet Inducie habentis à Svecis observata fuerint, & an eos, nunquam Gens Polonifera pacis causa culpare potuerit?

Sed jam & ipse causis Regis non contentum te esse de monstras novas erigens Iustitiam novasq; horum armorum Causas ab illis longè diversas affrenis, Primo: Rempub. Polonam non fuisse Moschis, Kosacisq; parem, sed certofuisse, succubituram, ita atq; futurum fuisse, ut latus illud Germanie, populis istis barbaris detegretur, demde vero novis viribus, prudentijs, Svecorum administrante ita suffulceri poloniam posse, ut Germania ab isthoc periculus sit libera. In qua è dñoribus à fundamento Regio discedere videaris Eurorem ita mitigas, ut etiæ

exira & odio in amorem Poloniæ, à Moschis, Kosacisque tuendæ, & prudenter administrandæ; insuper in favorem Germaniæ hoc ipso obligandæ convertas. Igitur Sveci erunt iam Protectores Germaniæ, & Administratores Poloniæ?

Quareclaros Ovium custodes, ut ajunt Lupos.

Quis autem eos in Officio hujusmodi constituit? Tantine est iis, Imperator cum ordinibus Imperii, ut nisi Sveci Germaniæ prospexit, illorum ignavia Moschorum Kozakorumq; periculo exposita fuisset? à qua tantamne ut prius an majorem pro hujusmodi opera requirent mercedem? Hæcne verò Svecorum est in Moschos etiam Kosakosq; fides, ut quo modo veluti amicos contra poloniam incitarint, eos iam barbaros vocent, & à Polonia finibusque germaniæ arcere constituant? Quis autem furor est velle liberam administrari Poloniæ à Svecis, cùm potius Sveciam Regi suo naturali rebellem à Polonis administrari & in ordinem redigi conveniat? aut quomodo furor Armorum Svecicorum in Poloniæ cum defensione ejusdem conveniet, & quæ ab infanaria cæpta sunt prudenti administratione finientur? Tacitus quidem in Othono & Vitellio duarum legionum meminit, quarum uni Rapax cognomen fuit, alteri Adjutrix. Sed hæ sibi utrinque fuerant adversæ: Svecorum una eademque militia, artibus bonis, pravisque mixta, Rapax simul erit & Adjutrix? Sed jam hanc mixturam dementia videre libet.

Primum itaque miraris. *Quantos progressus fecit Czar Moschorum, brevi tempore per Litvaniam & Russiam Polonicam! Quam invalidam & levem manum tanta multitudini objectit Polonus!* Quasi nescires opera Svecorum id bellum conflatum, Polonumque intestino alio bello disstentum, pares illi vires objicere non potuisse. Nonne verò magis mirandum est Svecos Pactorum fidei simul & necessitudinis humanæ oblitos, sic oppressis non modo expetitum solenni legatione denegasse subsidium, sed insuper tertia ex parte insidiosum bellum intulisse, legationemque interim, ut eo tutius laterent insidiæ, ad se invitasse?

Miraris. *Quam infelicitè omnia Poloniæ cum Kosacis cesserint?* nonnè felicius cessissent, nisi Sveci oleum flammarum continuò affudissent? quod tamen non omnia infelicitè cesserint, testis est, inter plures alias, maxima non de Kozacis modo, sed & de Chano ac universa Tartarorum potentia ad Beresteckum victoria, de qua Lubecæ per Legatos polonorum triumphari, missiliaque triumphalia in vulgo spargi adeò rumpebantur spectantium illia Svecorum, ut

mirum sit quomodo id quoque inter causas hujus belli connumerare omis-
serint.

*Nulla illi populo, aīs, auxilia ab ulla Christiana Gente. Igitur Sveci non sunt
Christiani, qui Polonis Stockholmiæ poscentibus auxilium negarunt. Hoc
tunc volentibus negatum, invitis, demum obtrudere, non virorum hic, sed fa-
miliarum mos, qua ubi velis nolunt, ubi nolis cupiunt ultro.*

*Tartaros in speciem Polonorū Amicos, infidos, Regionis vastatores, Chris-
tianæ fidei hostes, soli præda intentos dicis. Quid mirum in barbaris? Hoc ma-
gis mirere in Svecis, qui cum Christianos se profiteantur, in speciem amici
sunt infidi, Regionis Vastatores, Christianæ fidei hostes, soli præda intenti,
cunque his omnibus Tartaros superaverint, sola pectorum fide ab iis supe-
rantur.*

*Annalium Polonicorum fidem laborare, dicas, dum præclaras nobilis illorum
militia facinora narrant ad posteros. quorum nempe ipsorum fides apud omnes
laborat, his omnium fides apud se laborare videtur. Major tamen Annalium
Polonicorum fides est apud omnes Gentes, quam Epistola Tuæ, quæ fractæ
fidei patrocinatur. Militia porro Polonica contra barbaricam trium propæ
Orbis partium potentiam perpetuè excubantis clariora sunt facinora, quam
ut Annalium quorumvis testimonio indigeant. Militia Svecicæ fama paucis
nota fuisset, nisi rebellionis facinore, mox invasionibus alienorum, prædisq; &
rapinis non ita pridem innotuisse.*

Quod si aliorum Annalium Polonicorum fides apud te laborat, certe
Piascij tibi recepti, totiesque in epistola tua citati, nequaquam laborare per-
est, qui in Annalibus suis inter tot alia Polonorum facinora, de prælio Kir-
cholmensi Anno 1605. die 27. Septembris peracto, his verbis narrat ad poste-
ros: quod licet tam exiguum tunc in Livonia militare Polonorū præsidium
esset, equitatus nimirum duorum millium Quingenterum ac peditum prope
mille, quod viribus Svecorū Quatuordecim millibus armatorum constantibus
omnis humana ratio objiciendum minimè svadebat; commissio tamen prælio,
novem millia in loco conflictus, occisorum Svecorum fuerunt numerata,
præter eos qui in fuga cœsi, vel ex vulneribus in conflictu acceptis perierunt.
Quam igitur verè mox scripscris quod: *jamdudum in illo quidem Equite ostenta-
tionis, & inanis fame plus fuit, quam solidi præsidij; vel illud tibi domesticum ex-
emplum inter plura alia, hodieq; edita, demonstrat.*

*Quartano militi objicis, quod: plus ferocie habet inconsulta, quam con-
stan*

fortitudi
constanci
bus invigilat
rum Gentium
in Livonianæ?
potentiam Tur
modatam præfici
ubi præditionib
quæ in infidis f
fortitudinis ex
comnotari dign
Addis qu
valent aut ling
C
ceterum omne
gerunt.

*Alij a fu
cum est ut infra
munis haec for
tato evenire so
est militaris ad
separanda que
dor? Hac enim
sinceram pugna
cis inire accidi
ctore & consta*

*Kozakora
Principem & R
non meminiti
citationem fidei
Id potius & qui
deminas?*

*Peditatu
Germani ag
Si enim illa no
deres addis e*

stantis fortitudinis. Consultior tamen illius est ferocia, quam furor svecicus; & constantior ea fortitudo, quæ perpetuò arcendis Christiani nominis hostibus invigilat, quānq; quæ tempora & occasiones deprædandarum Christianarum Gentium observat. Cedo exempla constantis fortitudinis Svecorum. In Livoniane? quam dum Gens Polona contra formidabilem Orbi universo potentiam Turcicam pro incolumitate totius Christianitatis bellum gereret, nudatam præsidis invaserunt & occupaverunt. An in Prussia & Germania? ubi proditionibus magis, quam viribus res acta. An forte modò in Polonia? quam insidiis suis, linguaque Radzieiovij fortes inundarant. præclara sane fortitudinis exempla, celeberrima gloria atro carbone ad omnem posteritatem notari digna!

Addis quod: *Illorum ferociam alijs lingua magis quam pectori valent, imo valent alii lingua magis, uti ministra consili, ut & Virgilio, quidam in bello:*

Consilio & lingua melior; ceterum omnes valent pectori, quod quidem viribus, non dolis instructum gerunt.

Alij à fuga precipiti querunt subsidium. An idem Svecis nunquam usitatum est ut infra cognoscas. Ubi vero plures capiuntur quam in fugâ? Communis hæc fortuna belli. Nec semper a necessitate, nonnunquam ab errore aut fato evenire solita. Quartianorum porrò aliis, levioris nimis rura armaturæ, ars est militaris ad lassundos gradarios equitatus, & Statarios peditatus Svecorum, separandaque illa immensatorum onera, in quibus totum gentis robur? Hac enim tormentoruim vim pro loco quandoque declinando hostes ad sinceram pugnam evocant, & protrahunt? Quam quoties extra tormenta Svecis inire accidit, toties vel ex longe impars numeri confictu, qui magis pectori & constanti fortitudine valent experiris.

Kozakorum injuriæ exaggeras. Estnè *Institia* inter subditos & eorum Principem & Rempub. odia acuere, & injuriæ alienæ exaggerare militiæ? An non meministi te pro violatione pactuum duxisse imputatam Polonis sollicitationem fidei Subditorum, licet non Svecorum in Livonia? Nonne ipse id potius & quidem *Institia* professor agens, te clarè tuo proprio calamo condemnas?

Peditatum Polonorum externum livido oculo lustrans ait: *non amare à Germanis signa Polonica*, quo vel libertati, vel fidei Germanorum detrahis. Si enim illa non amarentur cur sequerentur? ut verò hos Polonis infensos redderes addis è converso, de odio quo pleriq; Poloni in Gentem omnem Germanicam feruntur.

feruntur: non certè in omnem, sed in hanc duntaxat, quæ Svecorum signa sequitur, nec plerique sed omnes, ut & in aliquos degeneres suos, Poloni odio feruntur: Alioqui eos in omnem gentem Germanicam odio ferri quis crederet, qui plures Germanos in una Aula Regia, vel una aliqua Civitate Polonica, quam in toto fortassis Sveciæ Regno numeraverit? Cum verò militiæ Svecorum sint è Germanis ipsa robora, quorum illi detrimentis in bellis clades suas sustinent, ac sanguine Provincias & famam nomini suo mercantur, quid mirum quod eorum odia in Polonos acuant? ut constantioribus ipsorum viribus & sanguine in hos abutantur.

Nihilo minus militem externum reprehendis dicens: *in universum miseram Rempublicam, cuius robur est in milie peregrino collocatum.* Itaque te judicemisera certè fuit & adhuc est Germania, cui nuper in vecico milite peregrino robur fuit collocatum, cur tamen iterum eidem à novo Molchorum & Kozakorum periculo liberanda hoc idem peregrinum militis Svecici robur & præsidium offers? Similiter cum Tuæ ipsius oraculo *Instituta* misera sit Svecia, cuius residuum robur in Germanico peregrino milite dependet, cur tamen illud ab electore Brandenburgico ruentibus rebus accitum est? Polonis certè licet inopinato oppressis, quantum sine externo milite sit proprii roboris, hoc etiam bello, ante accitam aliquam Tartarorum manum didicisti.

De Commeatu Castrensi & pecunia Polonorum; quam inanis te cura sollicitaverit, jam post scriptum vides, dum tanti domestici exercitus absque stipendiis, commeatus sufficientia instructi, Regi Polonia confluxerint, ut eis tanquam superabundantibus retrò abitum indixerit. Unde jam certum habeas, tantum esse in animis Polonorum, extra pecuniæ amorem propriæ Patriæ, quantum in animis Svecorum, extra Patriam, curam alienæ pecunie.

Hujus defectus causam adstruis, quod Episcopi & Religiosi nihil de suis bonis in publicum conferunt, cum tamen habeant opes multo majores opibus Nobilium, & Regi proventibus penè suffares. Qui libenter se alicno calculo occupant, hi Domi suæ quod computent non habent. Falleris tamen & calculo, & status Recip. Polonæ notitia ubi Episcoporum & Religiosorum Subditæ qualiter cum Subditis Regis & Nobilium in publicum conferunt. Atius id corrixisses in Svecia, ubi Episcopi & Regulares, bonis Ecclesiæ spoliati ex iis in publicum nihil conferunt.

De munitionibus quoq; & Fortalitiis Polonorum, mississes potius thanem è pectori

è pectori curam. Negant enim Poloni etiam contra *Aristotelem*, à te allegatum, potius cum Spartano Cive & milite: Civitatem munitione carere, quæ viris non lateribus cōctis cincta sit. Fateor equidem minus illis sollicita esse Fortalitia, sed simul doleo te adeò in Scriptoribus rerum Polonicarum versatum non incidisse aliquando in illa Warseviti Oratoris Poloni scripta, cuidam, Polonis idem exprobanti verba: O stulte inquit. In nescis ligneis cratibus Leones foveri? Ut verò insuper scias Polonus absque fortalitiis Leonibus esse fortiores, lege Crantium, qui ita scriptum reliquit: Erat in Aula Matthiæ Regis Ungariae Polonus miles, qui s̄epe Ungaros ad luctam evocabat, multosque sapere vincebat, sed jactantia nimis odiosus. Stabat in ferratis claustris immanis leo. Quis est inquit Polonus, qui famelico Leoni austi carnem auferre, quam ore comprehendenter? Cum nemo præsumeret, cernetis inquit, quod dico. Illi fame per diein excruciant Leonem, postera die ovem projiciunt quadripartitam. Leo irrigit, apprehensus carnem incubans: Polonus ingreditur, & Leonem jam vorantem, divaricatis cruribus inclusum, pugno ferit in os dicens: Offam dimitte canis. Vocem in trepidam Leo exhorruit, ex euntemque visu solo prosecutus est. Annon idem præstiterit fortissimus Polonorum & ex JOANNES CASIMIRUS erexit ex ore Leonis quadripartitam Polonia, altam non est opus demonstratione.

Aude igitur dicere quod: *Præsa Polonorum virtus militaris multum adeo mutavit*. Non enim mutavit quicquam, nisi spem & vota Svecorum, ut vana, ac tuum ipsius proprium Stilum, quo negatam modo Annalibus, de præsa militari virtute polonorum, fidem illam ipse vere narratain ad posteros vel nolens agnoscis.

Nature insuper injuriam facis; quasi hæc Poloniā vel mari, vel flaviis, vel Silvis, aut Paludibus nequit munierit, & ab arte nil accesserit præsidii, ob idque præ omnibus Europæ Rebus publ. imbecillitate virium labore. Nonne enim prout omni felicitate Poloniā beavit, ita & flaviis, & silvis, & paludibus, atq; hinc mari Baltico, inde ponto Euxino munivit, & sepst? Sed quid proficit si fraudi hæc ipsa pervia? Nec tamen ob id, & si tot bellis pressa imbecillitate virium adeò, ut Svecia præ omnibus Europæ Rebus publicis imbecillitate fidei, & iam inde virium laborat.

Licet autem bona fidei Poloniæ nullæ seræ sint, cuius portæ patent omnibus, nulli clauduntur honesto; si quis tamē in honestus eam prædandi animo intraverit, & in aperta omnia cupidas & temerarias manus injecerit, raro

non iis truncatus, ac spoliis mulctatus abibit, quod ipsum hoc bellum testatur.

Sananè ergo opinione persuasus identidem certificas, quod: *Periissent Poloni, & in finibus Germania jam hæsisset Moschus*, immemor quod superius scripsieris. *An scilicet expectandum donec emerserint?* Si enim emerserint quomodo periissent, vel si periissent, quomodo emerserint? mirum quomodo unus calamus, tam sibi contraria scribere potuerit!

Quod si in finibus Germania jam hæsisset Moschus cur non ibidem arcendum censuisti? An facienda erant Polonia mala, ut Germania evenirent bona? Et verò putasne magis congruum futurum fuisse Germania Vicium Svecum quam Moschum? hic quidem nec tantum unquam, speraverat, quantum in Magno Ducatu Lithuaniae consecutus est: ille spe Alexandri Magni, at infra, (te Vate) concepta, non finem sed principium votorum suorum statuerat Poloniam: ex qua citius, crede mihi Svecorum auxiliis, quam Moschorum viribus, tua, si Diis placet, succubitura fuisse Germania.

Tangis itaque pulsus Reip. Polonæ, curando scilicet nè periret, aisque Statum ipsum cum jam fuisse, ut nec vitiæ sua ferre amplius potuerit, nec domesticam medicinam admittere, confusum, factiosum, turbulentum. Sed vide nè tuo, & Svecorum triorum Furor occinat Tragædus:

Aliis mederi vis ipse ulceribus scatens.

Ergo Sveci erunt Medici circumforanei, qui circulabuntur orbem, vitiis Republicarum, peregrinam medicinam venditantes, imaginesq; prudentiarum & felicitatis suæ incautiis emptoribus ob oculos explicabunt? Nimis profecti officiosi, ac suæ prudentiarum & industria admodum liberales. Prius tamen inquirendi de sua ipsorum sanitatem & status ratione: An vitiæ sua, præsertim avaritiam, luxuriam, ambitionem, à bello Germanico contracta domi amplius ferre potuerint, & non potius foris alenda protulerint? An valetudo eorum Republicæ unionem naturali hæreditaria Arrosensi compacta, sit in suo Statu: An non morbo rebellionis, & fractæ fidei labore? An medicinam domesticam, & Medicum à DEO promotum & ordinatum JOANNEM CASIMIRUM Regem suum hæreditarium admittat? An morbum Furoris ore proprio confessum negare potest? Igitur Furiosi alienam Remp. feliciter curabunt & prudenter administrabunt, qui se ipsos curare, & legitime administrare ne sciunt? Unde jam sit, ut eorum medicinam tanquam stolidam, & insanam, abominantque palato obtrusam Resp. Polona evomat, & ejiciat. Quam si poena Poloni admisiissent, & retinuissent, certe novi hi Medici, novam artis suæ felicitatem latius explicassent, & ad alias etiam Respublicas & in primis ad Germaniam

manniam Tuam transtulissent, yictiq; consuetudine, ubiq; Terrarum & Gentium idem usurpassent; jamque haec tenus non in finibus sed in visceribus Germania Tuae, certò hæsisset Svecus.

Quo in Furore & insania quasi Enthusiasmo plenus, novus propheta intonas in Poloniā, *Iram Divini Numinis ob tot scelerā impunita*. Oblitus mōniti Sapientis: Si ad exprobrandā vitia aliena provchere, cura ut quam longissimè, absis ab his quæ alteri obiicis. Excute animum tuum & vide, nè ubi sis mendosus, vulgo enim rident, si quis calvus aut gibbosus ipse, aliis ea vitia exprobret. An enim non videntur tibi esse scelerā publica in Sveciā haec tenus impunita, perjurium, Rebello, Invasio alienorum, occupatio & Deprædatio Provinciarum, Perfidia, quæ societatem humani generis tollant, & non Gentibus solum sed & DÉO illudunt! ut omittam cædes, stupra, & alia abominanda facinora tot inustis bellis haec tenus impunè patrata. Gratiam ne hæc Divini numinis ari iram & vindictam meruisse intelligis, qui ut supra ostensum est, quid Numen sit ipsum ignoras?

Attamen censuram Religionis usurpas dicens: *Primum enim utiq; Religionis obienu inter se hostili propè fuerunt Poloni animo, ex quo Jesuitæ in illo Regno in valuerunt. Igitur Jesuitarum loco, Svecos substituis?* Ah quam pios & Sanctos fidei Divinæ, pariter & humanæ cultores! At Jesuitas misit in poloniā uminus Ecclesie Pontifex: Sveci à quo missi, nisi ab illo, cuius in illis Religionibus, Olao teste, sedes est Athana? ut *Causa & Instituta Armorum ipsorum*, ab hoc Magistro profecta demonstrat.

Quereris in Polonia, *Solis Romana superstitionis Affectionis, honores, dignitatesque vindicari diversa sentientes convitiis & contumeliis affici*. A Romanensibus indocto zelo accensis honoribus, privari tantum ob innoxios Religionis sensus, dic mihi potestne indoctorior, simul & malignior zelus à perfidia accensus ostendit, quām in Svecia? ubi non pares à paribus, vel superioribus, sed REX SIGISMUNDUS à subditis suis non convitiis modò, & contumeliis affectus, sed & Regno sua cum posteritate spoliatus est, tantum ob innoxios Religionis sensus. Et nunc multosne, vel saltem aliquos Romanensium in Svecia tot anteactis sacrulis Romano Catholica monstrabis, quibus non solum honore aliquo, sed & solo innoxio Religionis sensu palam gaudere fas sit? Quod si id, ibi ita iustum & rectum esse putas, in Polonia si idem cum diversæ Religionis affectionis ageretur à Romanensibus, quāratione injultum tibi videri possit? In qua tamen quam nimis licitus est cuiq; Religionis sensus? Hæc enim tanquam benigna Mater, et si quidem non pleno filiorum assensu, tantum contra diversum in Religione

Religione sentientes, spereditus eorum ad Ecclesiam de vetusto rigore remisit, ut eos non modo sub pacis, & tranquillitatis sua pallium repperit, verum etiam ultra integrum, & incorruptam libertatem honoribus & premiis pro statu & meritis cujusq; ornare non intermittat, fidelesq; sibi plena fide tueatur. Quo factum est, ut zelus hic Svecorum quem pro libertate scilicet Religionis venditarunt, cum apud non paucos alias, turn apud Urbem Gedanensem premium non invenerit, frustraque ibi lenocinia literarum eo nomine consumpta cum prudentissimus quisque facile perspiciat, nihil esse in speciem fallacius, hujusmodi fuso Religionis, ubi Dei Numen praetenditur sceleribus.

Omitto alia ridenda profecta in alienam Rempublicam conspicilia, ut pote; *Inter Equites Polonos & Prelatos non bene convenire*, scilicet enim mediatoribus ad componendum inter se negotium, Svecis indigebant. *Plebeum durissima servitute premi*, cum durus premio non possit quam a Svecorum Tyrannie ad Varsaviam praeferri, horrendis modis, sine discrimine etatis, aut sexus, & alibilaniata, ubique peculiis ad ultimum sanguinem exhausta. *Luxu pariter ac luxuria ditissima patrimonia brevi absorberi*, quasi preda Svecorum ex alieno, luxu Polonorum ex proprio patrimonio honestior sit, aut justior, *ditescen- di cupiditatem inter polonos exarisse quod scilicet, ex Injustitia poloni omnino de- beant esse adeo pauperes ut Svci.*

Præterire tamen nequeo *Superbiam* saepius a te Polonis extrobratam, at non bene in iis perspectam. Superbia enim quæ tibi videtur, vera generositas est, ab animo bene a natura ad virtutem composite procedens. Virtus enim ut ait Seneca natura sublimis & gloria est, & anteire semper priores cupit, quam decet superbia quæ sita meritum. Quidni superbiant poloni? Qui nulli Christianarum Gentium fidem unquam fregerint, qui pro incolumente Orbis Christiani perpetuas agunt excubias, ejusque murum in peccatoribus suis sustinent: qui bellicis innutriti virtutibus magnitudinem suam malunt justitia tueri, sine cupiditate, sine impotentia; nulla bella provocant, nullis raptibus, aut latrociniis vivunt, idque præcipuum virtutis, ac virium est, quod ut superiores agant, non per injurias assequuntur. Revoca tibi in memoriam Germanos, quos vocas tuos, ut olim in Theatro Romano gloriati sunt: Germanos fide, & armis ante omnes Hentes esse; decora tamen haec fuit eorum superbia. Svecorum, sine fide, sine armorum Justitia, sine opibus, quam vana Excellentia & indecora superbia est, ipse judica.

At, poloni contemnunt hostes suos, & minimi semper fecisse Svecos, ultro fate- tur Starovolscius; Hostes quidem contemnunt in acie. Ceterum virtutem in iis æstimant,

estimant, & diligunt. Svecorum porro, utvitia, sic inilitiam minimi se fecisse, bellaque cum iis sola cunctatione sua & contemptu invaliduisse, vix fortasse ne-gaverint Poloni, sed quibus ob id sveci totam, quæ hoc non viribus ipsorum crevit famam suam debent.

Quid verò Svecis obfuit, *immodicum illud*, quod vocas, & *improbum li-bertatis studium in Polonis hoc enim est*, aīs evertere *Rēpublicam*. Nonne hoc potius improbum studium est alienam curare *Rēpublicam*, & evertere li-bertatem, nec perspicere eam sine eversione evertentium everti non posse? pro hac enim acris, quā servitute pugnari solet.

Quā inverò acceptabilia iam remedia misces: *Visc ilicet quadam Rēpubli-ca Polona opus fuisse corrigi debnit, neque enim tales morbos nisi vi sanari.* Efficax anè medicina sed pro *furosis*, denique pro Svecis non pro Polonis, ut pote In vecia antiquitus, & in hucusque ferè usitata. Ut enim omittam Christiernum I. Regem, qui simili remedio Svecorum libertatem evertens, una die scilicet Novembri anno 1520. diversorum ordinum Principes Magnates ac Cives numero 94. ante prætorium Stokholmense ferro detruncari, multoque plures libbi, rotis, furcis, alioque horrendæ morris genere, quartando, ut ait Olaus mortificari jussit; Etcum iis totam *Rēpublicam* evertisset, nisi hanc pereuntem Gustavus primus JOANNIS CASIMIRI Proavus & Antecessor ab in-critu vindicaset. Carolus porro Dux Sudermaniæ qui Svecis IX. Rex diceba-
at, qua non vi statum *Rēpublicæ* svecanæ, per suasum morbidum enecabat
otius, quām sanabat! Qui adhuc ante occupatum regnum præter alia Tyran-
ica, in optimos, & fidelissimos quosq; Cives regni illius patrata, Nobiles De-
gatos ex Westrogotia Provincia Clasicem pro Rege Sigismundo petentes
olaphis cruentis exceptit. Quod si id Carolo adhuc tunc Duci Sudermaniæ
is, licitumque fuit, quid ni Carolo Gustavo possessionem regni illius adepto-
lura talia competant, & cur non aut prædicti, Caroli Avi sui Materni, aut Ex-
ternorum in Svecia Regum Externus ipse imiretur? Hoc igitur medicamen-
um certius domum secum referant Sveci, quod Poloni non indigentibus &
inimicè assuetis frustra obtulerunt. *Rēpublicas quidein vi adhibita corrigia-*
quando solere certum est, sed ab iis quorum interest, ut à Licurgo & Solo-
e in suā utriusque Patria gloriose factum legimus: quod idem Regi J. O.
NNI CASIMIR O jure suo in Svecia, non autem Svecis competit in
olonia.

Etmirum est hos videre in Polonia quid sit malum; cum Poloni non vide-
at in corum Svecia quid sit boni? SIGISMUNDUS I. Rex Coloniae obla-

tum sibi ante Gustavum I. Regnum Sveciæ prudenter respuit. Carolus Gustavus non modò illud minime à Rege Hæreditario JOANNE CASIMIRO oblatum, arripiuit, sed insuper ad curandam Rempublicum Polonam à Furie coalitus, accessit.

Attende vero, quam bellè pro Polonis tempèraverit medicinam, præceptio Literarum ipsius Universalium Mariæburg 8. Maij, Anno præsenti ad plebem Polonicam datarum, testatur, ut nimirum hæc Dominos suis (quos ille sibi Rebello in Eurore, appellavit) præmii amplissimæ libertatis cœta, interficeret: neque enim aliter, nisi apibus necatis, melle Polono vescis posse consperxit. Perpende Receptiones alias literarum ad diversos palatinats editarum quibus ille Polonus, non prout Civilem & excelsam ac toto terrarioribz liberrimam Gentem, sed prout Rothnica sua servitia dure, & impèrice subtracto honore Titulorum à Regibus illorum propriis, multò amplius. Exteris dari soito compellavit, nempe, Senatoribus, Dignitariis, Officialibus, & Nobilibus Terrarum, &c. licet quidem in aliis è Civitate Cafunitioni die 2. Sept. anno præterito datis Majores Polonus inter quos se decim Senator ipseque Primas Regni, & primus Princeps continetur. Illæstrum, Magnorum, Wittembergium vero suum, Illustrissimi titulo honoraverit. Præpuè vero confidera illas, quas ad palatinatum Podlachia die 20. Julii anno præsenti Varsavia dederat. In his enim scribit, quod: Gerendo hoc bellum etiam simul aperuit Regi & Republica Polona ad tractandum de pace perpetua. Nam nimirum injunctitæ elegit, postposita viâ recta, quam cum Legatis Poloniæ, Stokholmiæ inierat. Ergo hanc prius electam præclusit, aliam vero niam in Polonia aperuit? velin doceret, qua de causa priorem omiserit? quod sibi fortè in honesta fuit? At Rex & Republica Polona, cum detrimento etiam dignitatis suæ, infra publicum bonum positæ, novo exemplo, gatos ad se, pacis causa, in Sveciam usq; miserat. An quod scrupulos aliquis literarum vel plenipotentiarum in se habuit? At hos, omni imaginibili industria, & vi ingenii suorum, quæstos, amplius excoquere non potuit. An quod ejus via cursus longo tempore opus habuit? At intra paucos dies, datum illius confectum erat; ut jam longè minus ad finem pacis, confidendum restiterit. An quod illa via, aliquas lites, vel rixas, in te habuit? At omni suaviorimodo, ab utrinque cæpta, & continuata, in sola vespertina ad proximum mane, super ultimo ferè puncto Polonorum, deliberatione recepta, abrupta est. Quid ergo tractandum illius ad Exercitum suum, per causa fuit, quo solo urgente declarationem deliberationis receptæ, cu

Carolus Gusta
 E CASIMIR^K
 olonam à Fara
 edicinam, pro
 Maij Anno pra
 c Dominos iu
 na libertatis ce
 Polonico vesci
 fersos palatinar
 ac totto terrarum
 re, & imperio
 multo amplius
 acius, Officialibus
 sumitrensi diez
 decim Senatoris
 strum, Magistrorum
 horaverit. Prac
 die 20. Julii am
 do hoc bellum
 pace perpetua. V
 Legatis po
 t, aliam verò in
 rem omiserit
 , cum detrime
 vo exemplo, l
 scrupulos aliqui
 i imaginabili
 e non portuit. A
 paucos dies, tr
 pacis, confidie
 se habuit? A
 n sola vesperum
 in, deliberatio
 citum suum, p
 is recepta, c
 toto negotii effectu Stetinum distulit. Abiitnè verò statim è Svecia ad Ex
 ercitum? Abire quidem voluit, non autem potuit, repugnantibus ventis,
 quorum causa, una posthac Septimanā, (intra quam abundē finem negotio
 dedisser,) in portu moratus. At Stetini, expectavitnè adventantes Lega
 tos, securitatem itineris per tibicinem petentes? Nequaquam, imò citius
 inde maturavit abituni, intravitque in occupatam per Wittembergium, iis
 dem diebus Majorem Poloniam. Ibi tandem, aut Varsaviæ, aliisque in lo
 cis per varios Oratores, ac demum sub Cracovia per ipsum, qui Stokhol
 miæ id negotii egerat, Lefczynum Legatum, Palatinum tunc Lencien
 sem requiritus, admisitnè aut novam tractationem pacis, aut plus dimidio
 peraëri Stokholmiæ, & in declaranda deliberatione pendentis, continua
 tionem negotii? minimè gentium, mutato scilicet rerum statu, mutandam
 a sola Republica, Legationis normam, indigitans. Itanè verò promissum
 fuit Stokholmiæ, cautumque Instrumento, per Commissarios, nempe E
 ricum Oxenstierna, Cancellarium, Magnum Gabrielem de la Garde The
 saurarium, & Gustavum Bielkie, Regni Sveciæ Senatores dato, cuius hæc
 sunt verba? Cum captus Tractatus ob magnitudinem, gravitatemque negotii &
 discessum Sac. Reg. Maj. Domini Nostri Clementissimi, hic Stokholmia perfici
 nequeat: Idcirco cum abrumpi eum, ab utrinque partis instituto alienum sit, ita
 conventum utrinque est, ut Stetini in Pomerania, dictus tractatus fit continuandus,
 & redintegranda ipsius continuatio, Quarta die Stylo veteri Mensis Augusti, hujus
 Anni, eaq; rationes Divinâ favente gratia invenienda, qua ad supremam manum tam
 salutari negotio imponendam facere possunt. Quæ cum, ut nosti, sic, & non aliter se
 habeant, rectè, & ex dignitate sua, scripsit in iisdem literis: quod Rex Ioan
 nes Casimirus omnes transigendi occasiones spreverit, pluraque ibidem de tali quasi
 animi ejus obstinatione addidit? & iam an ipse gerendo hoc bellum, viam ad tra
 ctandum de pace perpetua aperuerit, an precluserit? te ipsum consile. Porro
 inde longè alia quam quæ sunt ad pacem perpetuam moliens scribit, quod ex
 quo Rex IO ANNES CASIMIRVS Regno Polonia excessit, Exercitus Quartia
 norum, atq; omnes & singuli triusq; Polonia, Russie que rubre, pleriq; Palatinatus
 sibi sese Sacramento devinxerunt. Quam scilicet in solido fundamento species ju
 ris apprehensa, pro solido jure arripitur? An enim pactiones illæ nonnullorum
 Poloniæ (non autem & usitæ hujusmodi prætensionis vacuæ) palatinatu
 rum per frauðem induciarum extortæ Sacramentum, dici possunt? Quæ si vel
 eo denique rigore censerit debeant, nonne ob causam discessus Regis proprii
 extra Regnum, initæ ipsius met verbis agnoscuntur? Qua causa cessante, Regis

nimirum ad Regnum suum reditu sublata? nonnè ipso factò nullitatis vitio e-
vacuerunt? Contractus enim ex qua causa colligantur, ex eadem dissolvuntur
& sublata causa omnis eorum tollitur effectus. Qui verò palatinatus ante dis-
cessum regium occupati, tumultuarias pactiones hujusmodi injerant, habe-
bantnè potestatem ad provincias non suo duntaxat, sed totius Republicæ jur-
subjectas, ipsaque bona Regalia, & Ecclesiastica? vel si habuissent, an illæ, ex
causa fractæ fidei induciarum, ab imparatis & invitatis initæ, firma & rata esse
debuissent? Ac insuper servavitnè ille vicissim suum, & Commissariorum
suorum *Sacramentum?* an potius pactiones illas, eodem ferè quo pactæ sunt
momento per armigeros suos ubique fregit? quæ nimirum, Sacramento In-
duciarum, nequaquam illi firmiores esse, haberique potuerant. Attamen in-
fert, quod, *optima intentionis & recte factorum conscientia fretus spem conceperit.*
Deus bone! si violatio pactorum Fæderum, si cupiditas alieni regni, si præ-
da spolia, sacrilegia, & infanda alia flagitia, maximè verò tot utrinque causata
homicidia optimæ intentionis fructus sunt, & rectè factorum conscientiam
faciunt, quid jam nisi scelus est. Fides, Justitia, charitas, pietas & virtus uni-
versa, quam aut lex, aut ratio generi humano persuasit? Deinde refutationem
causarum Belli à sua parte modo preliminari evulgatarum accusat, ubioremq;
*earum deductionem cum ipsis documentis luci publicæ propediem daturum se polli-
cetur.* Vide quām & ipse tua *Justitia* jam ante edita minimè contentus, eq; lu-
ce, quam tu *obscurioribus illis chartis*, undecunque afferre voluisti? nec jam tar-
diori *Lectori* sed Authori *obscuritatis* illarum culpam imputa, siquidem lux eis
propediem promissa, jam post tot Menses hucusque minime appetet. Mirare
vero *Justum Bellatorem!* qui clarigationem Belli & deductionem perfectam
Cauſarum armorum suorum ab inchoato bello post unum & medium annum,
demum *Luci publicæ* daturum se promisit, nec tamen in hucusque datam esse
constat, & jam doctrinam *Justitie*. Tuæ uti expectantem *lucis amplius claram*
dicere define. In iisdem literis *Quartiani Exercitus detestandam rebellionem,*
vocat, licet prout hujus fide erga Regem suum utcumque ad tempus redditus
dissimulata, non tamen mutata, nil glorioſius, sic sua alieni ambitione Imper-
rii, nil detestabilius. Deo & hominibus esse possit. Scribit præterea: *in Bar-
baris etiam gentibus raro reperi exempla eorum que Poloni nuper in deditione Vi-
bis Varsaviensis contra pactorum tenorem tam circa personas quam res admiserit, cū*
potius ipse, cum iisdem personis, infra eis Induciis, & omnibus ubiq; hoc bello
pactionibus, ac præsertim in deditione Urbis Cracoviensis barbararum etiam
gentium exempla transgressus fuerit. Non desuit tamen personis illis iusto
major:

major humanitas Polonica. Nam & sanguini, & vita illarum, quæ ob promptam & indubiam Urbis expugnationem in manu & potestate Regis Poloniæ fuit, pie & Christianè parsum, & sexus mollior ad sua castra cum honore deductus, & res propriæ cuiq; permisæ, nec rigidè pro more Svecico excusse, aut explorata, inò pleræq; dissimulata, & Wittenbergii cum nonnullis aliis à furente vulgo militari, aperto vita discrimini expositi, saluti & honori Protectio vicissim Polonica data, integrè servatur. Insuper disseminatos de sui exercitus, sive irreparabili detimento, sive totali interiu rumores. Queritur. Equidem Polonis disseminationes hujusmodi in veris etiam ac sibi gloriofis, neglectui sunt, in falsis, penitus infvetæ, & à dignitate eorum alienæ. Quæ vero genitium peritior Svecis? quibus in hoc præcipua bellandi vis rumores per Orbem ferere & fælicitati armorum suorum, aut honorem, aut metu in quaerere, ita ut hoc quoque bello plures Civitates & oppida hac arte, quam armis ceperint. Quem ad usum, ingeniosos Nugigeros peculiari sumptu Regiomonti potissimum, & Elbingæ alunt, addita insuper Regiomontano ex spoliis exulantium ibi polonorum mercede, quo accuratiorem gloriofis fragmentis daret operam. Qui prælo continuo affixi infinitis nugis scite configendis, & per Orbem magna cum Polonæ gentis injuria disseminandis incumbunt. Ut & his quoq; diebus dum Polonorum Rex exercitum quartianum ob pabuli insufficiam, hic inisq; incommoda è Castris inter Gedanum, & Dirschaviam positis adhiberna dimisisset, Svecorum aliquor Cohortes Vallum Castrorum vacuum, sive exinde prædandi, sive fungenda famæ gratia, intrassent; ex literis quasi Gedano scriptis impudenter typis Regiomontanis imprimi fecerunt, Polonos à vecis pullos, Castris exutos, in clade accepta 42. Vexilla amississe: Gedanensisbus simul propugnacula recepta esse, quorum similia alia falsa profecto & impudentissima recensere nimis longuine esset. Sed quid mirum talia disseminaria cæteris vecorum? Si Rex ipse Carolus Gustavus à prælio Varsaviensi, se numerosissimos Polonorum & Tartarorum exercitus fudisse, & jam omnipenitus difficultate in subjuganda Polonia functum esse, misso nuntio Extertos Principes certificavit. Si deniq; *Institutia tua*, cuius saltem aliquod momentum esse debuit, ac ipsum ejus fundamentum, neimpè præliminares Causæ, extra limen justi & æqui, disseminata reperiuntur. Quæ porro Poloni ut generose contemnunt, qui gestorum suorum, ex conscientia magis, quam ex fama pretium querunt, sic in disseminandis Svecorum detimentis minime occupantur. An vero non recte, & verè disseminarent, non irreparabilia modo detimenta, sed & totales propæ interitus & opiarum Svecicarum? nimirum aut

apud Warkam, ubi tria millia selecti Exercitus Svecorum sub Regimine Marchionis Badensis à Stephano Zarnecio astellano Kiovieni cesa, partim in fugam acta. Aut apud Trzemesnum Lipiorum in Palatinatu & avenis pagum, ubi plus Mille Selectissimorum Equitum, & quod fatendum est, planè Martialium Virorum fortius magis, an obstinatus ab eodem Zarnecio, sub Legionario suo Petero, Witembergij Vice Colonello, cum Forgielio, & aliis capti, cæsi, occubueré. Aut ad Prostkos, in finibus Ducalis Prussiæ; ubi Exercitus Svecici Sex Legiones, ab Iracle Chiliarcha, & Brandenburgici decem, à Comite Waldeko ductas, per Vincentium Gasievium Exercitus Lithuanici Campiductorem profligata, captæ, præter paucos, quibus, ut & Waldeko, fuga salutis fuit. Signa militaria, tormenta, & omnis suppellex Castrensis recepta. Aut in Majore Polonia apud Oppidum Kosztemum; ubi, Mille Trecenti, sub directione Walij, & Thosij, à Petro Opalenio Palatino Podlachiae, & Francisco Czarnkovio anteriore, ac Christophoro Grzymultoyio moderno Castellano Posnaniensi & Lesczyxi o Posnaniensitunc Succamerario fusi, vix Triginta, Posnaniam evasere. Thos, cum aliis octuaginta Officialibus captus. Aut ad Lubizum pagum; ubi Comes VVrzefszevicius, cum sua legione propè mille viris constante, occidione deletus. Aut in Samogitia; ubi, fato Siculis planè vesperis simili, condito tempore, Quatuor millia Svecorum in Statvis, à Nobilitate illius Terra excisa, paucis, quos Birzum; Castrum servavit, exceptis. Aut ibidem ad Birzum; ubi, ex mille selectis equitibus, à Magno Gabriele della Garde, Rigā in auxilium obsessorum submissis, cæsis, 8 centum triginta captis, quindecim duntaxat Rigam evasere. Aut in occupatis quindecim fere Polonia, palatinatibus; ubi, particularibus, emissariorū præsidiariorū, salvaguardiorū, & palantium per agros, cædibus, itinera paludes, silvæ, repletæ: ut si in uno quoque Palatinatu, lingulos ad minus mille trucidatos dixeris, non ad infra, in numero erraveris. In quibus prætacticis plurimis aliis conflictibus, quos singulos, recensere longum esset, pauci admodum, ex Polonorum copijs desiderati, ac ne unicus quidem, præter Dzianynum Koprzyunensem Præfectum captum, vel ex minoribus militaribus officialibus, hactenus amissus. An non recte præterca, & verè disseminare fugas, saltem nobiliores, nimirum; Aut Douglasii cum sex millibus equitum à Sendomiria; qui inde Lovicium, Quartis Castris, viginti sex milliaria Germanica, omisis Fortalitijs alijs, confecit. Aut, à clade Varecenti, eorum, quæ pernicitate equorum, per sex horas, octo Millaria Germanica emensi, VVafaviam salvi evasere. Aut Mülleri generalis; qui, propè trimetri obsidionis

Czestochovia

Czestochoviæ, metu adventantis Zegocij præfecti Babimostensis, & Kulesæ, relicta, ab eaturpi, effusoque cursu, suæ, suorumque saluti consuluit. Aut concitum Regis ipsius gradum ab obsidione Civitatis Zamostensis, ob cæsa diversis in locis emissaria agmina sua, Jaroslaviam usque: inde porro, ob infestas undique Polonorum legiones (quas ut annonæ, pabulique defectu averteret, villas omnes à tergo sui cremavit) ad Sendomiriam; atque ab hac, trans Vistulano itinere, Varsaviæ: impedimentis Castris, non sine celeritatis indicio, & pavoris vestigio, ubique relictis. Aut insuper, à clade Trzemesnen-
 si: à cuius loco, ille tribus non amplius milliaribus Germanicis, subsidium la-
 turus subsisterat, motu, sine mora, exercitum, & præpropere ultra Vistu-
 lam, apud VVysogrodum transportatum. Quæ & alia hujusmodi, hic non spe-
 cificata, ubiis aliquando Polonus disseminaturos, & ex fide Orbi, & po-
 steritatis suæ tradituros non dubito. At vero, *Campum Pragensem ad VVarsa-
 viam Instiitucans asta, & Gratia Dei testem* appellat. Gratiam quidem Dei
 quis negaverit? quandoquidem ab infesta hasta Polonica pectus suum jam
 jam transverberandum pauxillum fallente, & sub innam axillam prætervo-
 lante, adhuc vitam illius servaverit, ut nimirum disceret *Instiitam* monitus:
 de qua sibi omnino adversa nonne ab exercitu suo, ut & brandenburgico lici-
 lenter ibidem edocitus? Ex hoc enim utroque, cæsorum in illo campo ultra
 tria millia, ex Polonio trecenti duntaxat ex Tartaris 25. desiderati, et si longe
 paucior numero, Exercitus Regis Poloniae, tunc fuisset. Adeoque majori gra-
 tia Dei id quoque ascribar, quod & paulò ante, Majores poloni, & universi
 evocatorum Palatinatum exercitus, in Provincias quisque suas, dimissi abie-
 rant: soli tres palatinatus, Sendomiriensis nimirum, Lublinensis, & Belzensis
 prælabantur. Cassivius cum parte Exercitus in podachiam moverat: Rex
 corpore æger, sapientia Supremus Lithuaniae copiarum Dux, pede læ-
 sus, munia belli obire non poterant. Quæ licet multum rei gerendæ incom-
 modassent, nisi tamen sola loci iniquitas explicanda aciebat obstitisset, jam
 tum ultima manus bello imposita fuisset. Quam ob causam copiarum Po-
 loniarum inde ad terni milliaris spatiū receptus, solatio quidem illifuit,
 quas insequi non ausus, sed testes sunt ipsimet Sveci & Brandenburgici an simile
Instiitum Svecicæ ut & Brandenburgicæ testimonium iterum referre vellent.
 In ijsdem adhuc literis condolet Polonis his verbis. *Vobis qui pro iniqua Regis
 Castri prætensione corpora vestra objectis.* At non condolet Svecis, quos ad tot
 cædes, & mortes evocavit. An enim hi pro æqua ipsius prætensione corpora sua
 objiciunt? habentne, vel minimam ad Regnum Poloniae? Ac insuper de Regno
 Sveciæ,

Svecia, ut quid illorum Sanginem volens prostituit? Nonne omnia de quibus
 bella haec tenus gesta sunt, Stockholmia plusquam semi complanata, & propè
 finem pacis perpetuæ, perducta, ac post paucos dies Stetini plenè suienda fue-
 rant, nisi ille rem tam grandi ævi spatio exoptatam, adeoq; utrisq; cgnis salu-
 tarem abrupisset, non aliam ob causam, quam quod spem eorum, quæ animo
 conceperat jam deponere, & vota sua vasta vincere minimè volebat. Quaer-
 go amplius necessitate Regem Poloniae bello adoriri coactum, se Orbi queri po-
 tut, nisi furorem suum manifestum faceret, qualis nimirum otiosis Melan-
 cholicis immensa animo volventibus evenire solet: quorum aliis Pontificem,
 aliis Imperatorem, aliis Protectorem aliquem in se jam factum existimat, & of-
 ficia illa imaginaria exercet: porrò aliis belluam immanem, & cunctis terribi-
 lem se putat esse, & mox aut ferreâ catenâ constringitur, aut caveâ includitur;
 ut jam Svecorum præcipuis evenisse vides. Ad extreum post reassumptas,
Instans scilicet, superius jam ad epistolam tuam refutatas, Causas iterum ad
 Protectionem suam ejusq; tabulas exacte exequendas. Provinciae illius incolas
 invitare, quis Dei hominumque ludibrium in hoc non videat, cui satis scilicet
 Ignorantia excusata, invasio, incendia, devastatio, oppresio, proteccio, eadem
 inter se & recte compatibilia sunt? quid hujusmodi Protectione securius?
 quid ejus Tabulis exactius, nimirum quam Stundorfianis (& aliis hoc bello
 ubiq; & unicuiq; fractis) exequendis certius aut firmius? Ergo Hospes in Po-
 lonia Polonus ad Protectionem suam invitatus! Estne ab ijs in Poloniā pri-
 mum ipse invitatus? doceat id, quod facinori innocentiam induens, per orbem
 serit. Nonne invitare, ad Dominum domus suæ pertinet? quid si te in domo
 tua, propria importunus Hospes advena & peregrinus, ad protectionem su-
 am, ut sub ejus beneficio ibidem pane tuo proprio quantum ex eo tibi largire-
 tur vesci posset invitaret, nonne turpiter ejiciendum & durioribus gratitudi-
 nis symbolis onerandum putares? Humilis & plebejus animus id alter non fer-
 ret, quid liber & generosus? Qui, Polono præfertim, protectionis nomen
 ignotum, & vix in Polonia auditum est. In quo plusnè ambitionis sit, an conti-
 melia in Polonus, haud facile discernas. Quid enim ambitiosius, quam nullo
 tantæ authoritatis argumento subnixum, adçò superbum, & plusquam Rega-
 lia crepantem, protectionis longè potentissimi regni, titulum sibi afferere, &
 arrogare? Quid indignius, quam live obtrudi liberis, live offerri Protectionem
 his, qui non vano titulo, sed re ipsa, & merito, ac officio perpetuo, ut alio-
 rum Regnum, sic Svecia per latus suum secutæ, ab hostibus Christiani no-
 minis protectores agunt? quis igitur tam vilis, & nomine Polono indigni
 animi

num fuerit, q
 ualiquantor exce-
 tio; admisceet
 datur honestatis a
 liti, uti fadim &
 doni suo legitime
 unuti decet Ge
 quisjam qu
 etquam indigen
 etalias, & praef
 eteojos, & vilif
 elica, Ecclesia, &
 etorum aseclis, &
 etorumnomine
 subuerint, facile
 Et quoniam
 ventu, confusi
 cura licet & into
 tain tuam scrib
 um ratus, com
 repropere occa
 Faver illorū
 tabus. Deque
 sentientis de
 sum, & non
 gerentur Sve
 up supplicia, no
 correctioni, &
 favoris & pre
 correcrion, &
 ui, quam huju
 oreuant.
 Praest Rex
 oratvel in sole t
 illo tainenmaj
 ultantiam Regu

animi fuerit, qui hujusmodi Protectionis Cliens esse sustineat? tribus forte vel quatuor exceptis, quos error suus, illius visco captos detinet. Atq; illis hæc quoq; admiscet Savia, quod nimirum: voluit. Gens Polona semper & haberi, & videri honestatis amans, quis dubitat? Ideoq; Protectionem Svecicam obtrusam, uti fædam & inhonestam spernit, rejicit, & damnat; Regiverò & Protectori suo legitimo fidem diversione ipsius extra regnum dilatam, non mutant, uti deceat Gentem honestatis amantem servat.

Quis jam quæso hæc remedia, & non venena dixerit? quis non sanis, & nequaquam indigentibus à Furore obtrusa agnoverit. Ut præterea Receptio-nes alias, & præsertim Contributiones per Præfectos suis homines plerumq; plebejos, & vilissimos liberimis capitibus imponi præsumptas: Bona Reipu-blica, Ecclesia, & fidelissimorum Civium, egestissimis quibusq; , armorum suorum aseclis, ex tota Svecia & Germania ad prædam convolantibus, præ-miorum nomine assignata. Cujusmodi medicina, an non potius medicina opus habuerint, facile jam intelligis.

Et quoniam à plerisq; Polonorum, inopinato ut præmissum est hostium adventu, confusis, resistendoq; partialiter imparibus, remedia hujusmodi, a-mara licet & intoleranda sub præacto, protectionis operculo oblata, dum Epis-tolam tuam scriberes acceptari videbantur; tu medendi successum felicissi-mum ratus, complosis manibus, effunderis in laudes Svecorum, immensoq; præpropere occinis triumphos, his quæ seqvuntur verbis.

Favet illorum conatibus altissimum Nomen. Nempe ab eo jus datum sce-ribibus. De quo toties repetita opinio tua, denotat mentis constantiam, quam rectè sentientis de natura Dei! Nunquid enim hic favet pravis conatibus affli-gentium, & non potius correctionicorum, quos affligit, quorum ère est, ut affligerentur? Svecis quidem utitur Deus, uti Iudex carnificibus, ad sumenda de-dijs supplicia, non tamen in favorem carnificum, sed propter hos ipsos, quo-cum correctioni, & publico bono consulit. Ac ut vix unquam fælicior, divi-nijs, favoris & providentiaz certior fuit Polonia, quam his tot simul pressa bel-is, ut correctior, & circumspectior altius assurgeret; sic nunquam iufeliciores Sveci, quam hujusmodi fælicitate, tuisq; elogis ad nubes elati, unde casu gra-store ruant.

Praest Rex nemini eorum quos hic sol vidit rebus magnis secundus. Sit sane, ponat vel in sole tabernaculum suum, sitq; ejus jam ipsi cognata potentia cæ-o; illo tamen major est, loqui justior. Justitia enim, tanquam Regiæ mensuræ, præstantiam Regum examinandam, vetus & planè regium Agesilai dictum est:

et: qui idem, Fortitudinem sine justitiâ, nullius pretij esse censuit. Adeoq; Ma-
gnis rebus sublata Justitia, quid nisi scelerum remanebit magnitudo?

*Hunc ad manum Senatus fidelis fidelior fuisset, si fidem pactorum serva-
dam svasisset, exemploq; Cyneæ, vanæ, & periculose ambitionis Regem suum
monuisset. Ille eam, ut verbis Plutarchi reserret libet, Pyrrhum Regem expedi-
tioni in Italiam intentum cernens ita compellavit: Bellicosq; yrhe Romani es-
se fertur, multisq; fortibus imperare Gentibus. Quod si Deus nobis de ijs
victoriam concederit, & quis ejus eritusus? Ad hæc Pyrrhus: de re manifesta
quæris Cynea. Viætis Romanis, nulla neq; barbara neq; Græca istis Urbs est,
quæ resistere nobis poscit. Itaq; statim Universam obtinebimus Italiam? Cu-
jus magnitudinem bona, & potentiam quævis potius quam te, ignorare con-
sentaneum est. Tum Cyneas paulum moratus: Italia verè, inquit, occupat
quid agemus? Et Pyrrhus nondum quid sibi is vellet: intelligens; Sicilia, ait
proxima est, Insula potens divitijs & hominibus abundans, manusque nobis
protendit. Ibi enim omnia seditionibus plena, confusioneq; Magistratum, &
oratorum certaminibus. Probabilia dicis, respondit Cyneas, sed eritne nobis
is finis expeditionis, ut Siciliam capiamus? Deus, inquit Pyrrhus, viætoriam no-
bis hanc si concederit, ad magnas res ea, quasi exordio utemur. Quis enin
Africa abstineat se, & Carthaginem, cū & hæc capi possit? Quid vero attinet di-
cere eorum, qui nunc nobis insultant hostium, his viætis, nullum nobis resiste-
re posse? Nihil, ait Cyneas; & vero perspicuum est, tanta te auctorum potentia &
Macedoniam recepturum, & Imperium in Græcos stabile habiturum; verum
his omnibus confectis, quid tum agemus? Ibi sublato Pyrrhus risu: multo, ait
otio fruemur ac quotidiano potu & colloquijs invicem exhilarabimur. Huc
cusq; regem Cyneas cum Sermone deduxisset, quid ergo obstat inquit, qui
jam convivemur, & in otio nos invicem oblectemus? cum jam in promptu no-
bis sit, possimusque eo sine ullo labore frui, quod multo sanguine, multisq;
ærumnis quæstum imus, multa alijs mala illaturi, multa passuri. Hac oratio
ne, Cyneas Pyrrhum magis perturbavit, intelligentem sanè quantam in præsen-
tia felicitatem dimitteret, sed eorum quæ cupiebat, spem deponere non valen-
tem. Quis vero finis hujus spei? audi eundem Plutarchum: Pyrrhus, inquit
prosperos successus tanquam aliarum rerum occasiones accipiens, adveras-
res, alijs actionibus sarcire studens, neque in clade, neque in victoria, acqui-
sciebat. Itaque Argos versum castra movit. Ibi in ipsa jam Urbe, præsenter
tempestateim cernens, apicem quo galba ejus insigniebatur, detractum amico-
rum cuidam tradidit, & in persequentes hostes impetum dedit, ubi per thora-*

it. Adeoq; Ma-
cudo?
torum ferva-
is Regem suum
Regem expel-
re romanet
eus nobis dei
de re manife-
statis Urbs et
us Italiam? Cu-
gnorare con-
nquit, occupat
rens; Sicilia, an-
hanusque nobis
agistratum, &
sed eritne ho-
, victoriā me-
r. Quis eni-
vero attinet
in nobis resis-
um potentia
biturum; ver-
risu: malto, &
arabimur. Hu-
stat inquit, qu-
in promptu
pyn, multis
ri. Hac otio-
tant in prae-
nere non valen-
t; Pythus, inqu-
lens, adversta-
victoria, acqui-
lbe, praesentem
tractum amico-
it, ubi per thora-

ccm hasta i^{ct}tus vulnera neque lethali, neque magno, in eum qui sauciaverat, se convertit. Erat hic Argivus, muliercula pauperis, etiam vetula filius. Ex de tecto, sicut & reliqua mulieres, pugnam spectans, cum filium Pyrho congressum cerneret, periculi magnitudine territa, utraque manu arreptam tegulam, in Pyrrhum conjecit, quæ infra galeam, capiti illapſa, vertebras cervicis ima comminuit. Zopyrus vero quidam caput amputavit. Haec & similia alia fidelis ille Senatus Regi suo proposuisset, tunc veræ fidelitatis laudem habulset.

Exercitus numero magnus. Fuit quidem ad fruges consumendas in Polonia & prædas rapiendas ultra sexaginta milia brevi multiplicatus; Sed quantum jam numero restat nunc computa.

Virtute maximus ubi scelus pro virtute est, certè maximus, quem alioqui, cui virtus cordi, & nota belli iniquitas, nemo sequitur, nisi cui non interest, famenè in proprio, an in appicio, in alieno solo intereat.

Semper victrix inquam vultus. Quamdiu lingua Radziejovii, & vitijs disciplinae militaris Polonicae pugnavit, semper vicit, postquam seria ad armatum est, nunquam vicit semper vicitus.

Abunde est prudentie ad componendam feliciter rem Polonia, verius sanè, & fundamento *Furoris* convenientius scripsisse. Abundè est insanæ, ad componendam, invito Domino, rem alienam Prudens enim, sua potius componit, ad consilium non vocatus non accedit, nec tantum otij sibi sumit, aliena ut curet, ea quæ nihil ad se attinent.

Abunde potentia, ad improbos, & refractarios coercendos. Nonnè hæc potius judicij improbatio est, seipso improbos, refractarios, & Regi suo hæritario Rebelloes non agnoscere, suamq; labem in honestissimos Polonæ Republicæ Cives spargere? Quibus cum abundè sit justitia, abundæ est & potentia ad improbos invasores suos coercendos. Hos enim ut fides, & Justitia, sic potentia facile destituit.

Quanto magis idonea erit Polonia abigendis Moschis imò juncta Moschis tanto magis idonea erit, hinc abigendis inde in Svecia indagandis Svecis.

Profecto jam Constantinopolis trepidatum est ad hanc potentiam. Videat & certè rideat Imperator Turcarum, ut à potentia Svecorum jam trepidari, hiq; trepidationem hanc typis evulgatam toto Terrarum Orbe in triumpho circumferant. An forte ignoravit, Svecorum esse, Christianos armis laceſſere, horum Sangvinem, spolia, eversiones Urbium incomparabili ſibigloriæ duceſſe, & alteri etiam Regno operam suam ad id ære & stipendijs obligata gerere?

Nē tamen sic trepidantem Carolus Gustavus depulisset Constantinopoli, obstritē poloni; qui nē à Regibus quidem suis bello offensivo illum se inconsulatis impeti passi sunt.

Certē non major fuit Alexandri vis qua Persis superatis omnem Asiam dominuit, fortunatam profectō natam hoc Rege Sveciam! In quo redivivum post tot sēcula Orbis videt Magnum Alexandrum. At non minus fortunatum Regēm, qui te laudum suarum præconem invenit Thraity machum. Parum tamen a te dictum, ut & à Cromwellio, qui illum ob blandientia in Polonia primordia, & simul natum filium, Alexandri Magni felicitate salutavit. Certē enim ille major & felicior habendus Magno Alejandro, si Polonia potitus fuisset. Hęc enim Alexandro Magno nunquam paruit, ut Epistola ipsius ad Aristotelem, à Vincentio Kadlubek antiquissimo rerum Polonicarum scriptore allegata restatur. Imò Vincentio eodem teste, Poloni Legatos illius, quos tributi exigendi causa ad se miserat, exostatos, auroq; & alga impletos, illi remiserat, cum hac Epistola Regi Regum Alejandro, rerum Imperatrix Polonia. Male alijs imperat, qui sibi imperare non didicit, neq; gloriā dignus est triumphi, de quo pompa cupiditatum triumphat. Tuę siquidem sitis nullum est refrigeriū, nullum temperamentum. Imò quia nusquam est tua cupiditatis modus, ubiq; tua mendicat paupertatis tenuitas. Liect tamen insatiabilem tuę voracitatis abyssum, mundus satiare non poscit, tuorum saltē ut cuncti, refocillavimus esuriem. Nec te lateat, locum apud nos non esse loculis. Ideo præsentia Xenia, fideliissimis tuorum capsidibus, commissa. Polonos autem animi virtute, corporum duritia, non opibus scito, ceaseri. Non esse igitur eis, unde tanti Regis, vel tantæ potius belluæ rapidissimæ posit expleri ingluvies. Abundare eos vere Thesauris juventutis non dubites, quibus non sopiri, sed tecum prorsus extingui posit aviditas. Qua an non ipsa eadem (Legatis quidem adhuc integrè retentis,) alteri isti armis rescribant. Alexandro, ipse pensita.

Julterē verò in tantum attollens novam Svecorum potentiam, deprimis vetustam Polonorum famam asserens, quod duntaxat per aliquot centum annos non passi sint Poloni Germania Reges sibi dominari cum à primis gentis suę initij, nunquam aliquem Germania Regum, aut Imperatorum sibi dominari passos, veris antiquitatis Annalibus, docere poscis. Audi Florum, quod in culmine rerum positis, & totijam propè Orbii imperantibus Romanis: Sarmatas arcere danubio satis fuit. Lustra campum Canium, propè Wratislaviam, tumulis casorum à Polonis Henrici Quarti Imperatoris, exercituum, famosum: inde, & pluribus aliis monumentis, nunquam sibi Polonos, Germania Reges passos fruissedominari, disces.

*Ex illis ad Pontum locis Gothi quondam Macedoniam, Graciam, & Asiam
populatissunt. Hoc verum est; non enim ex Gothlandia Svecorum, quod infra
inuis. Id enim negat tanta Ponti Euxini à mari Baltico, & per hoc à Gothia
Svecica, distantia Negant Insignia, pro quibus Gothi illi, Methodio teste, Ur-
sam in Vexillis habuerant, Gothia Svecorum, Leone gloriatur. Negathabitus,
qui illis fuit Sarmaticus, ut picturæ Regum ipsorum, in Hispania observatae, te-
stantur. Negat linguæ commercium, quam illis fuisse Sarmaticam! Vocabu-
lum ipsum Gothovi, Polonicè paratos sonans, licet paulò corruptum indicat;
cui simile Kozacy, Polonicè itidē sic à promptitudine capræ nuncupati, in iis-
dem locis nunc ut plurimum degentes referunt. Qui porro ad Pontum loci ut
semper fuerunt Sarmatici, sic in possessione Regis Poloniae etiam nunc extant.
Gothique ibi olim habitantes, à Regibus Poloniae regnabantur. Quod ipsum
Epitaphium Boleslai I. Regis poloniae Chrobri dicti, Posnaniæ vetustissimo
lapidi, cum titulo Regis Gotorum atque polonum, metro incisum, testatur:
Quoniam tamen Gothi illi Lipsio, & aliis, latrones Orbis appellati, minimè ut
agnitionem eorum, sic famam Gens Polona vecis invidet. Verum tamen u-
trum hi ad Pontum peruenturi, & ex illis locis Macedoniam, Graciam, & Asiam
populatur ac quod infra scribis idem quod olim Vestrogoti, Ostrogoti, in Italia,
Hispania & alibi præstuturi sint. valde dubitat.*

Quamvis autem hæc ut ferè omnia risu digna, & quidem Caroli Gustavi
Causatum hujus belli interpres scripseris, nihilominus ipse non potuisti ut ais
non ridere à Przytemscio Polono eoque Casimiri Regis Legato, hæc dici, quod dis-
junctissima sunt Regna; divisisse naturam mari: dissociasse constitutionem Imperii,
& Religionem: discrepare legibus, moribus, habitu, lingua, in nullo sibi populos hos-
ce esse similes nisi ferociæ, discordiarum omnium fomite. Quælo quid hic est riden-
dum? nonne omnia serio ita se habere cuivis perspicuum est? nisi forte quod
non addidit; discrepare has gentes, pectorum fide, quam alteri violare, alteri
servare piaculum est.

Nonne magis ridiculum ipse adltruist: *Gentes has sic satis fæliciter in unum
Reipublicæ corpus posse concrescere, sicut enim satis fæliciter concrecerent, que
nec vinculum quidem induciarum, ad tempus fæliciter ferre potuerunt? quo
abrupto, non superest aliud, quo iterum colligari, nedum satis fæliciter con-
crescere possint. Quæ enim compagines, vel glutina, vel nexus reperiri possunt,
amicitia; aut fidei Svecorum? An deerant cum iis vetustiora etiam vincula Po-
lonis? dum olim Ericum Regem Svecorum exulanter hospitio exceperant,
& dimisso in possessionem Pucensi Territorio, Mensæ, & dignitati illius, ac*

honori Gentis prospicerant: dum Rixam Regis Sveciæ filiam, Regi suo Præmislao Uxorim, libi & eginam acceperant; dum vicissim Joannis tunc Principis, post, Regis Svecorum commubio, filiam Regis sui Catharinam, dederant: dum eorum tunc Principem, Divum Sigismundum, Regem sibi elegerant. Quid pro his Sveci? Insidiosas invasiones, Provinciarum insessiones, & cruenta bella. Quid amplius? eo usque proiectum sine causa furorem, ut non modò distractis aliorum bellorum gravi & multiplici mole Polonis, sive pectorum fregerint, & universa pacis media abruperint; verum etiam usi commoditate felicis grassationis interneccivo modo, Urbes, arces, Palatia, & præcipua quæque decora egni, funditus everterent; Regnum insuper occupare, aut cum aliis Polonorum hostibus dividere præsumperint. Hinc ergo, sic satis fæliciter cum Polonis, in unum Reipubl. corpus concrecerent? Quinimò ut quædam plantæ & herbae, in uno eodemque solo societatem non ferunt, sic Gentes hæc, citius una præ altera arescent, & non ultra vincat, sed ultra sit, in Polonia pugnabunt, quam in unum Reipublicæ corpus, sic satis fæliciter concrecent. Ut enim, simili modo oppressi olim à Persis Atheniensis dicebant: Donec sol consuetum cursum tenebit, Atheniensis Agitorum Vastatorum, & violatorum templorum vindictam, à Persis bello exigerent: sic Polonis in Svecos, non tam dicendum quam agendum est, ut qui, tam extremos, & omnem barbarorum furorem superantes hostes, ceu nunquam futuri amici, illis se se præstiterint.

Allegas Jagiellonem Lithuaniae, Henricum Gallum, Stephanum Hungarum, Sigismundum Svecum Polonia Reges quorum honestissima in petendo, & consequendo corpore Reipublicæ Polonia exempla si imitanda Regi tuo proposuisses, fortè votis suis, quod inordinato affectu, & præcipiti furore evertit, aliquando compos extitisset.

Et vero, sicne satis fæliciter gentes has concrescere posse existimasti, promittens, quod: non desunt remedia compescendo ferocia, & mitigandis superbis Polonorum pectoribus, amara hæc profecto, & à natura, ac ingenio Polonorum aliena remedia. Nonnè vero insanias est, haud sanè intelligere, quod vicissim, non desunt remedia Polonis, compescendo Furore & mitigandis insanis Svecorum capitibus?

Affudisti quidein illi dementiæ temperamentum his verbis: Non ea est ferocia Svecorum qua Polonum non ferat sed simul mixturam, Gentium & sensus tui ostendisti, addens: Germanicus Genti est animus. Cui enim non paradoxum videri debet, in corpore Svecico. Germanicum habitare animum? An quod Sveci,

Sveci, animo
te Germani
pli plus detra
dem fuisse G
cum German
muno quo off
Polonicus sita
non posset. N
graculus Ger
ni? Hooper
Germanicus ef
cere posse exi
Deniq;
Religionem, Q
gotium princip
hanc doctri
tium principa
prudenter ad
Recitat
li ac Breuum
ni, elucidata,
traçtu laſagen
nia bello ador
strande, & in u
usque exarser
illarum præfer
loniam quis ne
minum longe
hec Virum ful
data à Deo ne
fenu energiæ
qua Sanctificati
trem; Accipe g
tum, ad vindic
tatis potenter
Accingere gla

Sveci, animo proprio deficiant, & Germanico uti opus habeant? An quod forte è Germanis progeniti, naturalem Spiritum ab illis trahant quod vide nè ipsi plus detraxeris, quam addideris. Nam si Germanos cum Svecis olim eandem fuisse Gentem intelligis, majorinè Germanorum honori, scriberes, *Svecicum Germanica Genti esse animum*, cum Germanni dubio procul suo proprio animo quo olim gloriati sunt contentari malint. Evidem Polonis cum certè Polonicus sit animus, cum adoptivo hujusmodi Svecorum animo convenire non posset. Nonne vero contrarium superius scripsisti, quod; *Poloni non nisi a grise oculis Germanum militem vident, nec Germani Polonum fidum sibi solent experiri?* Hoc per te possum dissidio, quomodo tibi ipsi contrarius, Svecos quibus *Germanicus est animus* sic satis feliciter cum polonis in unum corpus concrecere posse existimasti?

Denique maximum ait, *Concordia statum inanda videri obstatum Papalem Religionem.* Quo nonne ingenue fateris Svecis Caufam religionis non esse negotium principale hujus belli, quod Religioni sua ad dictis false contra claram hanc doctrinam tuam persuadere nituntur: sed duntaxat obstatum ad negotium principale, nempe ad occupandam, & in unum corpus componendam, ac prudenter administrandam Poloniam?

Recte itaque in hac posteriore parte Epistolæ tuæ Causarum hujus Belli ac *Brevium illarum Chartarum obscuritatem* a novisti, & vel *tariffissimo Lectori*, elucidasti, quod nimirum *Furor* ille *patientia* propositi, longo Induciarum tractu laſa genitus, quo Carolus Gustavus Rex tuus coactus est Regem Poloniae bello adoriri, nil aliud fuerit, quam cupiditas Poloniae prudenter administrare, & in unum corpus feliciter uniendae in quam ille videlicet ad *Eurorem* usque exarserat. Quid mirum? Pulcherrimam enim esse, & ad invidiam illarum præsertim, quæ rupibus & saxis horrent Terrarum formatain esse Poloniæ quis negaverit? sed cuius ille potiundæ, & prudenter administrandæ omnium longe maximum in *Eurore* non animadvertisit *obstatum* quod nimis hæc Virum suum legitimum habeat JOANNEM CASIMIRUM: cui prius data à Deo per admirandam Spiritus Sancti in unani tot populorum consensu energia, & per solennia verba addespunctionis. Accipe Coronam regni, quam Sanctitatis gloriam & honorem, & opus fortitudinis significari intelligas. Item: Accipe gladium in Defensionem Sanctæ Dei Ecclesiæ Divinitus ordinatum, ad vindictam malefactorum, quo vim æquitatis exercetas, molem iniquitatis potenter destruas, memorque sis de quo psalmista prophetavit dicens: *Accingere gladio tuo, super, famur tuum potentissime.* Huius tam Potentissimo

tissimo & Divina fortitudine accincto Viro Sponsam à Deo datam velle eripere , aut honestissimos filios castissimæ Matris id pati posse credere, nonne is monstrorum Audacia & flagitiosi consilii conatus erat, in quo perire jucundus, decus, mores, fides? Hanc enim est *Institutio* quæ honeste vivere, neminem lacerare, jucundus suum cuique tribuere docet?

Dices hanc privatorum Justitiam esse, aliam porro Regiam nempe : Fides Regni causa violanda & cladum qui tenet, optimè de Justitia differit, ac:

Nunc qui fæderia rumpit

Datur: qui servat eget.

Sed vide fieri posse; ut idem & fide simul & Regno careat, & gladio pereat, quem ipseparavit acuto; & ruptis fæderibus ditatus brevi egeat; sæpe enim affuetos spoliis affligit egestas, & qua rapuere ipsi, mox raptor alter habebit, Nec habet eventus sordida præda bonos.

Verum enim vero, ut tibi vel præmissa concederentur *Institutiones* Regiae esse censuisti, non denuntiata hostilitate Regem Poloniae Bello adoriri? Revolve omnium temporum & Gentium exempla, non id vel à barbaris sine fraude omisum usquam reperies. Potuerant fotasse raptam olim Helenam propriam Græci, (non alienam ut Poloniam Sveci) non denunciato bello vindicare, attamen prius repetitum eandem, viros Principes Menclaum & Ulissem Trojam ab iis missos scribit Homerus. Quo enim jure, inquit Cicero, bellum iustum esse potest, nisi aut repetitis rebus geratur, aut denunciatum prius sit atque indictum? Quem usum multò magis inter Christianas Gentes, omnibus iustis & honestis bellis servari in comperto est.

Sublatâ itaque omni ex parte Armis Svecicis, Justitiâ, quid sunt Bella nisi latrocinia? ait Baldus. Quod si juxta Senecam: Latro est, etiam antequam manus inquiet, qui ad occidendum jam armatus est, & habet spoliandi, atq; interficiendi voluntatem; quod tu dabis nomen Svecis, qui præda simul & sanguine, in Polonia, manus inquinarunt? qui non casis Regis, opibusque Procerum & Nobilium diripiendis, non ornamenti, & marmoribus Palatiorum, non laminis tectorum detrahendis, non auro Sacro, vas, campanis, & suppellestili Deo immortali dicatae auferendæ abstinuerint, sed nec cadaveribus ipsi exhumandis & spoliandis pepercerint! Ut omittam Templæ, & Cænobia combusta vel diruta, aut omni flagitiorum genere profanata, submersa in aquis aut destructa quæ avehi non poterant prædarum onera, explorata diabolicis præstigiis, aut exquisitis cruciatibus & tormentis extorta pecuniarum abdita, ut plane in his Fundamentis. *Institutio* Tuæ, à qua, tantum (Baldo & Seneca definiuntibus)

uentibus) latrocinium, invenit patrocinium, non obscurè cuivis expressum,
quod nimurum:

Rupere fædus impius lucri *Furor*
Et ira præcep. Ubi lucrum negatum est. Sed jam
Deus ecce *Furentibus* obstar.

Illaq; exquisitissima pena, quâ afflictum Poloniæ Regem *dignum* esse judi-
asti, divinâ *Institiam* tuam limante, & eliminante Justitiâ, in authores suos cō-
serua est. An enim non exquisitissima pena est, illum cuius fastos fortunæ per-
urbem Terrarum disponebas, jam præter aliquot alibi fortalitia, sine Prussiæ
erminis includi. Quem Moschis à finibus Germaniæ arcendis intentum esse
radicabas, per eosdem Livoniæ finibus arceri. Qui Protectionis in Poloniæ
beralis erat, Protectione ab aliis (missis Legationibus) egere, eaq; merâ quo-
inq; licet alio titulo, à Brandenburgico obtentâ, in Prussia hucusque subsiste-
re. Omitto publicum odium, quo nullum gravius supplicium: perditam fidem,
nam qui perdit, nil habet quod perdat amplius. Non commemororo amissos
elli Duces, Officiales, Auxiliarios. Non fuscito Æoli cum minoribus aliis hu-
s belli fabbris, in ipsa tempestate à se concitata expirium. Taceo Sacrilegas
cadas, aut excussas, aut ab ipso mari abominante facinus ad littus ejectas. Li-
ras cum cistella in mare præcipitas ab eodem eructatas. Missum facio Kœ-
lksmar'kium, in eadem ipsa navi Lubecensi, in qua Legatus Polonorum Co-
es de Lefzno, pacis causâ, in Sveciam navigaverat, cum eodem ipso Naucle-
o captum. Non tango, abruptum cum Inducis, currentibus iis indultum à
ege Poloniæ & Sveciæ, Regni Sveciæ titulum. Non auguro, desertam, cu-
dine alterius Regni (contrajus Svecicum Titulo protectionis elusum) tan-
temore possessionem Regni Sveciæ: Divinâ Justitia cooperante ad finem
mittendam. Evidem si Annibal Romanum cupiens alienam, Carthaginem a-
misi propriam, quidni Carolus Gustavus, Poloniæ cupiens, Sveciam amit-
t alienam. In prussia porrò alienis magis, ut præmissum est, quâm suis viri-
is adhuc fatis oblectans, quis novit ap non expectet Fortunam Niciæ Du-
x Atheniensium? qui expeditione injusta in Siciliam suscepta (etsi ad eam
populo coactus & vi pñè Dux copiis impositus fuerat) cum, ut refert Plu-
richus, in eo bello, transmarino & difficulti, res Atheniensium suorum, ad
immam potentiam evectas, à Deo & fortuna subverti perspiceret, è Sicilia
rò elabi non posset, militumque metum, & mærorem, recordatione turpi-
dinis infamiaque eâ militia partæ, ejusque cum magnitudine, & gloria re-
m, quas se gelturos speraverant, comparatione obortum, animadverteret;

tandem ad pedes Gilippi Ducis hostium accidens dixit: Miseremini Victores non quidem mei, cuius gloria, nomenque illustre ad hoc calamitatis pervenit sed Atheniensium reliquorum, & cogitate communem esse fortunam bellum. **Quis inquam novit an decretum contra afflictum alii bellis Poloniae Regem quod ipse tulisti, nimirum Neutquam dignum esse misericordia non sit mucro tuus proprius, in quem causâ Regis tui, Divina Iustitia ad finem urgente incurrat.**

Etsi enim quod superius scripsisti: Interdum Injusta quoq; arma (qua D ist sapiens humanarum rerum administratio, antequam magnus & terribilis il dies justum sceleribus supplicium decerneret) diurna sati felicitas excipit, sepius tamen culpam pena premit comes, imò semper, improbos sequitur ultor à te go Deus; alioqui, tarditatem penæ supplicii gravitate compensat.

Itaque his, sive antequam, sive postquam magnus & terribilis ille di justum sceleribus supplicium decreturus a venerit, Tribunal Iustitiae Divinæ relictis (ad quod te cum omnibus Tuæ Iustitiae argumentis, Regemq; tum, & qui huic ad manum est fidem) Senatum tot homicidia, Sacrilegia, rapina, oppressiones pauperum & alia infanda hoc bello patrata facinora provocant, & cunctis insimul pro tempore, quod ille ad judicandum Iustitias accep rit, diem dicunt.) Venio ad Coronam Iustitiae Tuæ fini Epistola apposita his Poetæ verbis:

Arma tenenti

Omnia dat qui justa negat.

& nihil amplius. Nimirum scilicet visum, satis impie superius ad Favorem inquitatis invocatum iterare, vel certè tandem puduit impudenti Iustitiae addere nomen DEI, ubi Poeta quamvis Ethnicus addidit. Nec Numina desunt. D sunt enim, ut jam tibi ostensum est. Alioqui hac studiosa & deliberata DEI qui omnium Finium infinitus est Finis à Coronide Iustitiae Tuæ exclusion nonne eam, ab ipso cuius in illis regionibus, Olao teste, sedes est, Sathiana perfectam esse clarè demonstras?

Unde porrò ut & ex præmissis omnibus agnoscis, iam ut opinor, quod Iustitia tua inventa sit similis illi mulieri, quæ pudicitia amissâ ferto tamen gaudet, & Titulo virginali gloriatur. Quem si illi negavetis, ex insana insaniore feceris, multo magis parentum ejus gravem offendam incurreris. Quod ideo tibi, zelo Amoris & Honoris Iustitiae tuæ ne accidat da operam. Cum enim Vno, Rege, muliere fortior sit ipsa Veritas, quæ manet & invalescit & obtinet eternum, à qua nimur stant Sacrae Literæ & Divina Iustitia huic por-

59

Furore obniti difficultate est. Quinimo tibi *Institutio* hujus Svecicæ sive parenti, sive
quasi sacra. Presbytero orandum est ut sit mens sana in corpore sano, qua *Furore* amoto Justitiam veram & castam, vel sero agnoscas, agnitamq; ex postli-
minio nempe à *præliminaribus* & exclusis illis *Causis*, tandem ad limen ipsi de-
bitum reducas. Hanc te docet consensus generis humani & legum divinarum
& humanarum. *Tabulae*, quæ reddere unicuiq; quod illicite ablatum est im-
perant & pñnam malefactis irrogant: hanc mos ipse & jus Gentium demon-
strat. Hujus quippe causa & olim Romanæ ut author est Livius Sp. Posthumum
Samnitibus, & posteriore seculo Mancinum juris communis violatores
nudos vincitosq;, dediderunt per verba: Exolvamus & eligone populum Ro-
manum, ne quid divini aut humani juris obstat, quo minus justum de cætero
ineatur bellum: & Samnites vicissim, ut idem author est, Gentis suæ Inducia-
rum violatorein Romanis extradividerunt. Cum desertoribus enim fidei & pa-
ctorum violatoribus, pacta alia non esse proficia ipsa per se ratio delicti de-
monstrat. Unde & posterius neq; Tarquinias, nec, ut verbis Taciti utar, Spar-
tacus cum Italiam ureret magnis implicatam bellis vtorij, & Mithridatis,
obtinuit ut in fidem reciperetur. Imò insuper à talibus quo firmiora tandem
sint promissa, dantur obsides ex Gente præcipui, ut apud eundem Tacitum le-
gimus cum Partorum Legari sub Tiberio Phraaten & egis & hraati filium ob-
ludem Romæ retentum in Regem sibi dari poposcerunt, & sub Claudio alij
Meherdatem ex Arsacidarum Gente quæ erat Regia, impetraverunt. Licet
enin hoc bellum non à *Furore* sed à recta ratione profectum, & necessarium
allet, quo nimirum nihil aliud, quam pax quæ eretur cuius causa sapientes
beilla gerunt, tamen neq; pax sine Justitia esse potest oraculo Divini Jurisperi-
ti: Justitia & pax osculatae sunt. Verum tamen Justitiam hujusmodi agnoscere
non potes, nisi in primis Deum, à quo illa de cælo prospexit, & cuius timor ini-
tiati sapientiæ est, agnoveris, quem ut jam tibi ostensum est plane ignoras.
Nonne vero hanc si *Furem* cæcum Poetis verè dictum, amoveris, in *Justitia*
Armorum Polonicorum clare vides, quæ principium, medium, & rectam line-
am, finemq; Deum habet. Principium nimirum Vocationem Regis JOAN-
NIS CASIMIRI ad soliū Regni Poloniæ, ipsamq; Inthronisationem
& deo, ad Regnum Sveciæ à Natura, cuius author Deus est; Medium tot Lega-
tionum negotijs postposita etiam sua, & Republicæ dignitate exantatum, pa-
cis & dilectionis causa à Deo coiunctivæ, relictæ, mandatae: Finem ex pace
& tranquillitate populorum, & dilectione christianorum inter se Gloriam
Dei. Quid hac Justitia divinius, aut clarius, aut fortius? Haec igitur talis & tanta
exigit;

exigit, ut illi Regnum Sveciæ Hæreditarium reddatur. Occupata in Livonia & Prussia cedantur: Damna Republicæ nec toto quidem Sveciæ Regno reparabilia Pomeraniæ ducatus sarciantur. Authores violatarum Induciarum vindicti dedantur; obsides firmæ in posterum fidei retineantur. Alioqui

Arma tenenti

Omnia dat, qui Justa negat, nec Numina desunt.

Vale.


F I N I S.


Soli DEO qui SOL EST JUSTITIÆ

[Laus, Honor, & Gloria.



1. Pax polono-svecica Olived, d^o 3. Maij 1660
2. Pax Germano-svecica Monasterii Westphaliorum 24. Junij 1648.
3. Harmonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4. De sacra corona regni Hungariae oratione Petri de Rava 1652





Biblioteka Jagiellońska



stdr0009395

